Multi sūt quos ipsa natura a deo ingenio ō stitutos reliq̄t vt ea etiā que facilia sunt vix cape possūt: Et hoz duo genera mihi esse videntur. Naz sunt quidam qui licet suā ebetudiem non ignorent: eo tamen quo valent conamine ad scientiam anhelant. Et indesinenter studio insistentes. quid minus habent effectu opis: obtinere merent affectu volūtatis Ast alij q̄m summa se comprehendere nequaq̄ posse sentiunt: minima etiam negligunt: et quasi in suo corpore securi quiescentes. Eo amplius in maximis lumen veritatis perdunt: quo minima que intelligere possunt: discere fugiunt. Unde Ds Noluerūt inquit intelligere vt bene agerent: longe enim aliud est nescire atq; aliud nolle scire. Nescire siquidez infirmitatis est. Scientiam vero detestari praue voluntatis. Est aliud genus hominum quos ad modum natura ingenio ditauit: et facilem ad veritatem veniendi aditum prestitit. Quibus et si par sit valitudo ingenij non eadem tamen omnibus virtus aut voluntas est per exercicia et doctrinam naturalem sensum excolendi. Naz sunt pleriq; qui negocijs huius seculi et curis supra quā necesse sit ipliciti: aut vicijs et voluptatibus corporis dediti terra obruuntur. Et ex ea nec fructuz sapientie nec vsuram boni operis querūt qui pfecto valde detestabiles sunt. Rursus alijs rei familiaris inopia et tenuis census discendi facultatem minuit. Quos tamen plane p hec excusari minime credimus. cum pleroſq; fame siti et nuditate laborantes ad scientie fructum pertingere videamus. et tamen aliud est cum non posset aut vt verius dicaz facile posset non discere atq; aliud posse et nolle scire. Sicut enī gloriosius

est cum nulle suppetant facultates. sola virtute sapientiam apprehendere. Sic ꝓfecto turpius est vigere ingenio: diuitijs affluere: & torpere ocio. Huc precipue res sunt quibus quisq; ad scientiam instruit scz lectio & meditatio. Et quibus lectio prior em in doctrina obtinet locum. Et de hac tractat liber iste: dando precepta legendi Tria autem sunt precepta: lectioni magis necessaria

¶Primus vt sciat quis quid legere debeat. Secꝰ quo ordie legere debeat. & quid prius & quid postea. Tercium quomodo legere debeat. de bijs per singula agit in hoc libro. Instruit autem tam secularium ꝙ diuinaꝝ scripturaꝝ lectorem. Unde & in duas partes diuiditur: quaꝝ vtraq; tres habet distinctiones. In prima parte docz lectorem arcium. In scda docet diuinum lectorem. Docet autem hoc modo ostendendo. ¶Primum quid legẽdum sit. Deinde quo ordie & quomodo legendum sit. Ut autem scire possit quid legenduz aut quid precipue legendum sit. In prima pte primum enumerat originez omnium arcium. Deinde partitionem eaꝝ. vel quomodo vnaquecq; contineat aliã vel contineatur ab alia. Secãs philosophiam a sũmo vsq; ad vltima membra Deinde enumerat autores arcium: & postea ostendit que ex bijs artibus precipue legẽde sint Deinde etiam quo ordine & quomodo legende sint apit. ¶Postremo legentibus vite sue disciplinam prescribit: & sic finitur prior pars. In secunda parte determinat que scripture diuine appellande sint. Deinde numeꝝ & ordinem diuinorum libroruz. Et autores eorum & interpretationes nominum ostendit

¶Postea agit de quibusdaz proprietatibus sacre scripture que magis sunt necessarie. Deinde docet qualiter legere debeat diuinam scripturam is qui in ea correctõnem suoꝝ moꝝ & formã viuẽdi querit. Ad vltimũ docz illũ qui ꝓpter amorẽ scie cã legit. & sic scda ps finẽ capit

Folium

Incipit liber primus hugonis felicis.

Omnium expetendoꝝ pria est sapientia. In qua perfecti boni forma consistit. Sapientia illuminat hominem: vt seipsum agnoscat: qui ceteris similis fuit: cum se pre ceteris factuꝝ nō intellexit. Immortalis quippe animus sapientia illustratus respicit principium suuꝝ ꝛ quomodo sit indecoꝝ agnoscit. vt extra se quidꝗ querat: cui quod ipse ē satis esse poterit. Scriptum legit̄ in pede appollinis thotitelicon id est agnosce teipsum. quia nimiꝝ homo si non originis sue immemor essꝫ omne qō mutabilitati obnoxium est: quasi nihil agnoscerꝫ. Probata aput philosophos sētētia animam ex cunctis nature partibus asserit esse compactam: ꝛ thimeus platonis ex diuidua ꝛ indiuidua mixtaqꝫ substantia. Itemqꝫ eadem ꝛ diuersa ꝛ ex vtraqꝫ commixta natura: quo vniuersitas designatur. Endelechia formauit. Ipsa nanqꝫ ꝛ incia ꝛ que incia consecūtur capit. Quia per inuisibiles per intelligentiam reruꝫ causas comprehendit. Et visibiles actualium formas p sensuum passiones colligit: Secta in orbes gemios motum glomerat. Quia siue p sensus ad sensibilia exeat: siue per intelligentiam ad inuisibilia ascendat: ad seipsaꝫ rerum similitudines trahēs regirat. Et hoc est qꝫ eadeꝫ mens que vniuersorum capax est ex omni substantia: atqꝫ natura: quo similitudis representat figuram coaptatur. Pitagoricum dogma erat similia similibus cōprehendi: vt scilicet anima rationalis. Nisi ex omnibus constaret siue composita foret nullatenus omnia comprehendere posset. Secundum qꝫ dicit quidam Terram terreno compendimus: ethera flammis humorem liquido nostro spirabile flatu. Nec tamen existimare debemus

Folium cx

viros in omni reruꝫ natura: peritissimos de simplici natura hic sensisse qꝫ vlla se pcium quantitate distenderet Sed vt apercius mirabilem eius dem onstrarem potentiam: dicebant ex omnibus naturis constare: non ꝑm compositionem: sed ꝑm compositionis rationem. Neqꝫ enim harum rerum similitudo aliunde aut extrinsecus anime aduenire credenda est. Sed ipsa potius eam ex se ⁊ i se natiua quadam potentia: et propria virtute capit. Nam sicut varro in pheryphision dicit. Nam omnis varietas extrinsecus rebus accidit: vt quidquid variatur. Necesse sit aut amittere aliqd quod habuit: aut aliquid aliud et diuersum extrinsecus quod non habuit assummere. Ai demus cum paries extrinsecus aduenciente forma imaginis cuiuslibet similitudiez accipit. Cuꝫ vero impressio metallo figuram imprimit: ipsum quidem non extrinsecus. Sed propria virtute et naturali abilitate aliud iam representare incipit. Sic nimirum mens rerum omniū similitudine insignita omnia esse dicit. Atqꝫ ex omnibus compositionez suscipere nō integraliter sed virtualit atqꝫ potentialiter continere. ⁊ hec illa est nature nostre dignitas quam omnes eque naturaliter habēt: ſꝫ nō omnes eque nouerunt. Animus enim corporeis passionibus consopitus ⁊ per sensibiles formas extra semetipsuꝫ abductus oblitus est ⁊ quid fuerit. Quia nil aliud se fuisse meminit: nil preter quod videtur esse credit. Reparamur autem per doctrinam vt nostram agnoscamus naturam. Et vt discamus extra non querere. quod in nobis possumus inuenire. Sūmum igitur in vita solamen est studium sapientie: quod qui inuenit felix est Et qui possidet beatus.

Quod studium sapiētie philosophia sit.

Rimus omnium pitagoras studium sapiẽtie philosophiam nominauit Saluitq; philosophus dici. Nam antea sophus id ẽ sapientes dicebant. Dulcre quidem inquisitores vitatis nõ sapientes sz amatores sapientie vocat: qz nimiz ado latz omne ẽtum vt eius amore ẽtumlibet mens ardeat ẽtumlibet mens inquisitoris assurgat. Difficile tamẽ ipsaz vt est vitatez oprehendere queat. Philosophiam aũt eaz rez que vere essent suiqz immutabilez substantiam sortirent: q disciplinã ee pstituit Est aũt philosophia amor z studiũ z aicicia quo dammõ sapientie. Sapietie vero non huius que in ferramentis quibusdaz. Et in aliquã fabrili scia noticiaqz vsaf. Sed illius sapie que nullius indigens. Aluaz mens z solum rez primeua ratõ ẽ Est hic amor sapientie itelligentis animi. Ab illa pura sapientia illuminatio. Atqz quodammodo ad seipsam ẽ tractio atqz aduocatio vt videtur sapientie studium diuinitatis z pure mentis illius amicicia. Hec igitur sapientia cuncto animarum genere meritum sue dignitatis ẽponit: Et ad proprie nature vim puritateinqz reducit. Hinc nascitur speculationuz z cogitationum veritas Et sancta puraqz actuum castimonia. Quomodo vero humanis animis hoc excellentissimum bonũ philosophie comparatum est vt vie filo quodam procedat oratio ab ipsis efficientijs anime ordiendum est.

De triplici

anime vi z solum hominez ratione preditum.

Nota infra scripta De potentijs aĩme.

Triplex esse omnino anime vis in vegetandis corporibus deprehenditur. Quarū vna quidem vitam soli corpori subministrat vt nascendo crescat alendo subsistat Alia vero sententiendi iudicium prebet. Tercia in mentis ratione subnixa est. Harum autem prime officium est. vt creandis nutriendis alendisq; corporibus presto sit. Nullum vero prestat rationis sensus ve iudiciū. hec autez est herbarum atq; arborum: z quidquid terre radicibus affixum tenetur Secunda vero composita atq; coniuncta est: ac primaz sibi sumens z in partem constituens virium. de quibus potest capere ac multiforme iudicium capit. Omne enim animal quod sensu viget idem z nascitur z nutritur et alit̄. Sensus vero diuisi sunt z vsq; ad quinarium numerum crescunt. Itaq; quidqd alitur tantum non etiam sentire: etiam alitur. Ei quoq; prima vis nascēdi anime atq; nutriendi probatur esse substantia. Quibus vero sensus adest non tantum cas̄re rum formas capiūt quibus sensibili corpore presente fruntur: sed abcedente quoq; sensu: sensibilibus se positis cogitarum sensum formarum z imagines tenent. memoriamq; conficiunt: Et put quodq; aial valent longius breuiusq; custodit. Sz eas imagines ꝓfusas atq; ī euidentes summunt vt nihil eaz ꝓiunctione ac ꝓpositōe efficere possint. Atq; idcirco meminisse quidez: nec eque omnia: amissam vero obliui onem recolligere ac reuocare non possunt. Futuro vo bijs nulla cogitatio est. Sz vis anime tercia que secum priores sez alendi z sentiēdi trahit. bijs velut famulis ac obedientibus vtit̄. cadē tota est in ratione ꝓstituta Eaq; vel in rez presentiū firmissima ꝓclusione: vel in absentium intelligentia. vel ignotarum inquisitione versat̄. hec tamen humano generi presto est. que non soluz sensus imaginationesq; pfectas: et non increditas capit. Sz etiaz pleno actu intelligētie quod

imaginatio suggessit explicat atq; ꝓfirmat. itaq; vt dictum est. Nunc diuine nature non ea tantum in ꝙgnitione sufficiunt: que subiecta sensibus ꝓprehendit. verū etiam sensibus imaginatōe ꝓcepta ꝛ absentibus rebus nomina videre potest. ꝛ quod intelligenti ratione ꝓprehendit: vocabulo; quoq; positōnibus apit. Illud quoq; ei nature ꝓprium est. Vt p ea que sibi nota sunt ignota inuestiget. Est non solū vtū quodq; an sit: Sed quid sit etiam ꝛ quale sit nec nō cur sit oportet agnoscere. Quaz triplicem anime vim sola vt dictum est. hominum natura sortita est: cuius aie vis: intelligentie motibus nō caret. Aut enim an quid sit inquirit: aut si ēc ꝓstiterit quid sit adiudicat: quod si etiam vtriusq; scientiā ratione possidet: quale sit vnumquodq; inuestigat. Cum igit hic sit actus humani animi vt semper in presentiū ꝓprehensōe aut in absentium intelligentia aut ignotoz inquisitione verset. Duo sunt in quibus omnem opam vis anime ratiocinantis impendit. vnum quidem vt rerum naturas ī quisitionis ratōe cognoscat. Alterum vero vt ad scientiā prius veniat quod post mortalis grauitas exerceat.

Que res ad philosophiam pertineat.

Sed vt video inextricabilez iam ipso loquendi ordine laberintum incidimus: vt nobis non perplexus sermo ꝛ res obscuritatem pariat. qz enim de studio sapientie loqui suscepimus. Ꝺoq; solis hominibus quodam nature priulegio competere attestati sumus. Consequenter nec omnium humanorum actuum moderatricez quondam sapientiam posuisse videmus. Si enim brutorum animalium natura que nullo regirationis iudicio motus suos. Sed secundum solas sensuuz passiones diffūdit. Et in appetendo seu fugiendo aliquid non intelligentie vtitur discretione. Sz ceco quodaz carnis affectu

impellitur. Restat vt rationalis anime actum ceca cupiditas non rapiat. sed moderatrix semper sapiētia precedat. Quod si verum esse constiterit. Jam non solum ea studia in quibus vel ō rerum natura vel disciplina agitur morum. verum etiam omnium humanorum actuum seu studiorum rationes: non incongrue ad philosophiam pertinere dicemus: z fm hoc philosophiaz diffinire possumus. Philosophia est disciplina omniuz rerum humanarum atqz diuinarum rationes bene inuestigans. Nec mouere debet quod supra diximus. philosophiam esse amorem z studium sapientie non huius q̄ instrumentis explicatur. Vt est architectura. agricultura z huiusmodi. Sed eius sapientie que sola rerū primeua ratio est. Potest nāqz idez actus z ad philosophiam p tinere fm rationem suam z ab ea excludi fm aministrationem. Verbi gratia vt de presenti loquamur: agriculture ratō philosophia a ministratio ad rusticum pertinet. Preterea opera artificum z si natura non sunt: imitantur tamē z exprimunt naturam ratione. Vides iam qua ratione coginur philosophiam in omnes actus hominum diffundere. Vt iam necesse sit tot esse philosophie partes: quot sunt rerum diuersitates ad quas ipsam pertinere constiterit.

De ortu the

orice practice et mechanice

Primum autem humanarum actionum seu studiorum que sapientia moderantur. finis z intentio ad hoc spectare debet: vt vel nature nostre reparet integritas vel ō fectuum quibus presens sub iacet vita: temperet necessitas. Dicam apercius quod dixi. Duo sunt in hoīe: Bonum z malum natura z viciū. Bonū qz natura ē qz incorruptū est qz z minus est In exercitatōe repandum ē Malum quia vicium est. Quia corruptio est. Quia natura non ē. excludendū ē:

Qō si funditus exterminari non potest: saltē adhibito remedio temperandū est: hoc est oīno quod agendum est vt natura reparetur z excludatur viciuz. Integritas vo bōane naē duobus modis pficitur scientia scz z virtute que nobis cum superius et diuinis substātiis similitudo sola est. Nam homo cū simplex naā non sit: sed gemia cōpactus substātia ex vnaz sui partem que potior est: z vt apertius id quod oportet dicaz qō ipse est immortalis est. ex alteraz vero partem que caduca est que sola bis q̄ nisi sensibus fidē prestare nesciunt: cognita est mortalitati z mutabilitati obnoxius est: vbi toties moi necesse est quoties amittere id qō est. Et hec vltima pars est rerum que principiū z finez habent

De tribus

rerum materiis

Sunt nanqz in rebus alia q̄ nec principiū habēt nec finē z hec eterna noiantur. Alia que principium habent: sed nullo fine claudūtur: z dicuntur perpetua. Alia que iniciū habent z finez: et hec sunt temporalia: In primo ordine id cōstituimus cuius nō est aliud esse et id quod est sz idez cuius causa z esse eius diuersa non sunt: quod non aliunde sed a semetipso subsistere habet: nec ē solus nature genitor z artifex. Illud vero cui aliud est esse z illud quod est. i. quod aliūde ad esse venit: z ex causa precedenti in actuz profluxit vt esse iciperet natura est que mundum continet oēm: idqz in gemina secaē. Est quoddam quod a causis suis primordialibus vt esse incipiat nullo monente ad actum p ducit solo diuine voluntatis arbitrio: ibiqz imutabile oīs finis atqz vicissitudis expers consistit. Eiusdem sunt rerū substantie quas greci vsias dicunt: z cuncta suplunaris mūdi corpora: que etiā ideo q̄ non mutentur diuina appellata sunt. Tercia ps rerū est que principium z finem habent: z per se ad esse non veniunt: sed sunt per opera

nature que oriunt super terram sub lunari globo: monente igne artifice qui vi q̃dam diuidit in res sensibiles procreandas. de illis igitur dictum est. Nihil in mundo moritur eo p̃ nulla essentia pereat. Non enim essencie rerum transeunt sed forme. Cum vero forma trãsire dicitur non sic intelligendum est vt aliqua res existẽs perire omnino z esse suum amittere credatur: sed variari potius: vel sic fortassis vt q̃ iuncta fuerant ab inuicez separentur: vel que separata erant coniungantur: vel que hic erant illuc transeant: vel que nũc erant tunc subsistãt in quibus omnibus esse rerum nihil detrimenti patitur De his dictum est: omnia orta occidunt: z aucta senescunt eo p̃ cuncta nature opera sicut principium habẽt ita etiaz fines habitura sunt de illis dictum est: de nihilo nihil: in nihilum nil posse reuerti eo p̃ omnis natura et primordialem habet causaz z subsistentiam perpetuam de his dictum est: z redit ad nihiluz quod ante fuit nihil: eo p̃ omne opus nature sic tẽporaliter ex occulta causa in actum profluit. Ita codẽ actu temporaliter destructo eo vnde venerat reuersuruz sit.

De mundo superlunari z sublunari

Hic est p̃ mathematici mũdi partes diuiserunt. in eam videlicet partẽ que est a circulo scz lune sursum: z in eã que deorsum est. z superlunarem mundũ eo p̃ omnia ibi primordiali lege ꝓsistãt: naturam appellabant. Sublunare opus nature id est superioris: quia omnia genera animantium que in eo spũs vitalis infusione vegetãtur: a superioribus per inuisibiles meatus infusuz nutrimentuz accipiunt: non solum vt nascendo crescant: sed etiaz vt valendo subsistant. Eundez etiam superiorem mundum

Folium

tempus vocabant: propter cursum siderꝫ que in eo sunt inferiorem temporalez: quia ſm motus superiores agiť. Item superlunarez propter perpetuam lucis ⁊ quietis tranquillitatez eliseū. Hunc autem propter inconstantiā ⁊ confusionē rerum fluctuantium infernum nuncupabant. Hec paulolatius persecuti sumus vt ostēdamus hominem qui in parte mutabilitatis particeps est: i ea quoqz necessitati esse obnoxium. In ea vero qua immortalis ē diuinitati esse cognatum. Ex quo colligi potest id quod supra dictū est: quod valet omnium humanarum actionum ad hunc finem cōcurrit intentio vt vel diuine imaginis similitudo in nobis restauretur vel huius vite necessitudini consolatur que quo facilius ledi potest aduersis eo magis foueri ⁊ conseruari indiget

cxiiij
In quo homo similis sit deo

Duo vero sunt que diuinā in homine similitudinem reparant id est speculatio veritatis ⁊ virtutis exercicium quia in hoc homo deo similis est ꝙ sapiēs ⁊ iustus est sed iste mutabiliter: ille immutabiliter ⁊ sapiens et iustus est. Istarum vero actionū que huius vite necessitati deseruiunt multimodus genus est. Primum quod naturali necessitati nutrimētus aministrat. Secundū qō pna molesta que extrisecus accidere possūt munit. Tercium ꝙ cōtra iam illata prestat medīū. Cum igitur ad reparandaz naturam nostrā intendimus diuine actio est Cum vero illi quod infirmum in nobis est necessaria ꝓuidemus humana est. Omnis igitur actio vel diuina est vel humana.

Possumus autem non incongrue illam eo q̄ de superioribus habeatur intelligentiam appellare. Hanc vero quia de inferioribus habet: z q̄si quodam filio indiget scientiam vocare. Si igitur sapientia vt supra dictuz est cunctas que rōne fiunt moderatur actiones: psequens est ia vt sapientiā has duas partes contineze.i. intelligentiam z scientiam dicamus. Rursus intelligētia quoniā in vestigatiōe veritatis z in mozū cōsideratiōe laborat eaz in duas ptes diuidimus In theozicam.i. speculatiuā z practicam id est actiuam: que etiam ethica.i. moralis appellatur. Sciētia vero q̄ humana prosequitur opera cōgrue mechanica id est adulterina vocatur.

De tribus operibus

Sunt etenī tria opera id est opus dei: opus nāe: opus artificis imitantis naturam Opus dei est quod nō erat creare: vnde illud. In principio creauit deus celū z traz Opus nāe quod latuit ad actum producere: vnde illud. Producat terra herbā virentem zc. Opus artificis est disgregata iungere: vel coniuncta segregare: vnde illud. Constituerūt sibi periomata. Neqz enī potuit vel terra celuz creare: vel homo herbaz producere: quia nec palmum ad staturam suam addere potest. In his tribus operibus continet opus humanum quod natura nō est sed imitatur naturaz: mechanicum id est adulterinū nominatur: quemadmodum z clauis sub introducta mechanica dicitur. Qualiter autez opus artificis imitet naturā longum z onerosum est prosequi per singula: possumus tamē exēpli causa in paucis id demonstrare: qui statuaz fudit hominem intuitus est: qui domum fecit montez respexit: quia enī vt ait Propheta. Qui emittis fontes i vallibus intra mediū montium pertransibunt aque. Eminentia montiū aquas nō retinet: ita domus i altū quodam acumine leuanda fuit:

vt irruentium tempestatum molestias tute excipe posset qui vsum vestimentorū primus adinuenit: considerauit q̄ singula queq; nascentiuz propria quedā habeant munimenta quibus naturā suā ab incomodis defendāt. cortex ambit arborē: pēna tegit volucrez: piscē squama opit lana ouem induit: pilus iumēta z feras vestit: concha testudinem excipit: ebur elephantem iacula non timere facit: nec tamē sine causa factum est: quod cum singula animantiū nature sue arma secum nata habeant. Solus homo inermis nascit̄ z nudus. Oportuit enim vt illis qui sibi prouideri nesciūt natura consuleret. Hominum aūt maior experiēdi occasio prestaret̄ cū illa que ceteris naturaliter data sunt ꝓpria rōne sibi inueniret. Multo enī nunc magis euitet ratio hoīs: hec eadez inueniendo q̄ habendo claruisset: nec sine causa prouerbium sonat: quod ingeniosa fames oēs excuderit artes: hac equidez ratione: illa que nunc excellentissima in studiis hominū vides repta sunt. Hac eadez pingendi texendi sculpendi fundendi infinita genera exorta sunt: vt iaz cum natura ipsum miremur artificem

Quid sit natura

Quia iam vero totiens nominamus naturam: licet vt ait Tulius. Naturam diffinire difficile est: non tamen huius vocabuli significatio: omnino silencio pretereūda videtur. Neq; quia non oīa que volumus dicere possumus id qō possumus tacere debemus: plura veteres de natura dixisse inueniuntur: sed nihil ita vt non aliquid restare videatur. Quantum tamen ego ex eorum dictis cōficere possum: tribus maxime modis huius vocabuli significationem vti solebant singulis suam diffinitionem assignando. Primo modo per hoc iam significare voluerunt illud architipum exemplar omniū rerum quod in mente diuina est: cuius ratione omnia formata sunt.

Folium

z dicebāt naturaz esse vniuſ cuiuſqz rei primordiale cām ſuam. Aqua non ſolum esse ſed etiā tale esse hēat. Huic ſignificationi talis diffinitio aſſignatur. Natura est que vnicuiqz rei ſuū tribuit. Secundo modo naturā esse dicebant: propriū esse vniuſcuiuſqz rei: cui ſignificationi talis diffinitio aſſignat. Nata vnamquāqz rem informans propria differentia dicit: ſm quam ſignificationez dicere ſolemus. Natura est omnis pondera ad terram vergere leuia alta petere: ignē vrere aquam humectare. Tercia diffinitio talis est. Natura ē ignis artifex ex quadam vi ꝓcedens in res ſenſibiles ꝓ creandas. phiſici nāqz dicūt omnia ex calore z humore procreari: vnde Virgilius. Oceanū patrem appellat z valerius ſoranus i quodā verſu de ioue in ſignificatōe ignis etheri dicit. Impingit omnipotens rerū regumqz repertor. Progenitor genitrix deum verus vnus z idem.

cxv

De ortu loice

Poſtq̄ igit theorice z practice z mechanice ortum demoſtrauimuſ ſupeſt: loicecqz originem inueſtigare: quam idcirco vltimam annumero quia poſtremo inuenta est: cetere prius reperte fuerant ſed neceſſe fuit quoqz loycā prius inueniri: quoniā nemo de rebus quenienter differē poteſt: niſi prius recte z veraciter loquendi rationē nouerit: naz ſic dicit Boccius Cum primitus ātiqui circa naturas rerum z moz qualitates inueſtigandas operā impenderēt: neceſſe fuit ſepe falli eos: qz vocum z intellectuum diſcretiuoem non habebant vt in multis euenit: leucippo z epicuro pariter: qui athomis mundū conſiſtere putat: z honeſtum voluptatez mentitur. Hoc aūt idcirco huic aliis acciditſſe manifeſtū est: quoniam per imperitiā diſputandi quicqd ratiocinatiōe comprehendebant: hec in res quoqz ipſas

euenire arbitrant. Hic vero magnus est error. Neq; enī sese res vt i numeris: ita etiā in ratiocinationibus habent. In numeris enim quicquid in digitis recte computatis euenerit id sine dubio in res quoq; ipsas euenire necesse est vt si ex calculo extiterit e tūc quoq; res illi numero subiectas esse necesse é. hoc vero non est quod in disputatione seruatur. neq; enim quicquid sermonū decursus inuenerit & id in natura fixū tenetur. Quare necesse est falli qui abiecta scientia disputandi de rerum natura p quirent. Nisi enim prius ad scientiam venerit que ratiocinationem veram teneat: se mitam disputandi que verisimile vic agnouerunt: que fida: que possint esse suspecta. Rerum incorrupta veritas nisi ex ratiocinatione inueniri non potest. Cum igit veteres sepe multis lapsi erroribus falsa sibi queda contraria in disputatione colligerunt: atq; id fieri impossibile videretur vt de eadem re contraria conclusione facta est: vtraq; esset vere que sibi dissentiens ratiocinatio concluisset cui ne ratiocinatiōi credi oporteret esse ambiguū. Visum est prius disputationis ipsius verā atq; integraz considerare nāturā qua cognita tunc id quoq; per disputationem inueniret cōprehensum esse quod posset intelligi. Hinc igitur perfecta loyce peritia disciplinę que disputandi modos atq; ipsas ratiocinationes internoscendi vias parat vt que ratiocinatio nūc quidē vera nunc autem falsa: quedam vero semper falsa: quedam nunq; falsa possit agnosci. Hoc tempore quidem postrema est: sed ordine prima. Hoc enī inchoantibus philosophia prima legenda est. Propterea quod in ea docetur vocum & intellectuum natura: sine quibus nullus philosophie tractatus rationabiliter expleri potest. Logica dicit a greco logos qō nomen geminaz habet interpretationez. Dicitur logos sermo siue rō: & inde logica sermocionalis siue rōnalis

scientia dici potest. Logica rationalis que discretiua dz ptinet dyaleticā et rethoricā Logica sermocionalis genus est ad grāmaticam dyaleticam atqz rethoricam: et continet sub se discretiuaz:et hec est logica sermocionalis quā quartā post theoricam practicā z mechanicā annumeramus. Nec putandum est ideo loycā sermocionalē dici qp ante eius inuentionē nulli fuerunt sermones: z qsi homines mutuas locutiōes prius non habuerunt. Erāt prius et sermones cōmunes z litere. Sed nondum rōne sermonū et literaz in artem redacta fuerat: nulla adhuc recta loqndi vel disputandi precepta erant. Omnes enī scientie prius erant in vsū qp in arte: sed considerantes deinde homines vsum in artē posse conuerti: z qd vagum fuerat z licenciosum prius certis literis regulis z preceptis posse ostringi: cepert vt dictum est consuetudinez que partim casu: partī nata exorta fuerat ad artē reducere. Id quod primuz vsus habebat emendantes: quod minus habebat supplentes: quod superfluū habebat resecātes: z de cetero singulis certas regulas z precepta p scribentes. Huiusmodi fuit origo omnium artium. Nec per singula currētes verum inuenimus. Prius qp eēt grāmatica z scribebāt z loquebantur hoies. Prius qp esset dyaletica ratiocinando vez a falso discernebant. Prius qp eēt rethorica iura ciuilia tractabant. Prius qp esset arismetrica scientiā numerandi habebant. Prius qp esset musica canebant. Prius qp esset geometria agros mensurabāt. Prius qp eēt astronomia per cursus stellarum discretiones tm capiebant Sed venert artes que licet ab vsu principiū sumpserūt vsu tamen meliorez sunt: hic locus esset exponere qui fuerunt singularum artium inuentores quando extiterunt aut vbi aut quomō per eos discipline exordiū sumpsert. Sed volo prius philosophie quadam diuisione singulas a se inuicem discernere.

Epilogus

prescriptorum

Oportet igitur breuiter recapitulare que supdicta sūt. vt facilior fiat trāsitus ad sequētia. Quattuor tantuz diximus esse scientias que reliquas omnes continent id est theoricam que in speculatione laborat. Practicam que morum disciplinam cōsiderat. Et mechanicaz que huius vite actiones dispensat. Loicam quoqz que recte loquendi z acute disputā di scientiam prestat. Hic ita qz non absurde ille quaternarius anime intelligi pōt. quam ob reuerentiaz sui antiqui iusiurandum astruunt: Unde z illud dictum ē qui per nostre anime numerum dedit ille quaternum. Nec q̄ dupliciter sub philosophia continean̄. Et rursuz quas sub se contineāt repetita breuiter diuisiue philosophie ostendemus.

Et sic finitur primus liber didalcolicō hugonis de sancto victore.

incipit liber secundus didascolicon de discretione artium.

Philosophia est amor sapientie: q̄ nullius indigens viuax mens z sola rerum primeua ratio est. hec diffinitō magis ad ethimologiam nominis spectat. Philos enim grece amor latine dicitur. Sophia sapiētia z inde philosophia tractum est. id est est amor sapientie. Quod autem additur que nullius indigens viuax mens z solum rez primeua ratio est: diuina sapientia signatur Que ꝓpterea nullius indigere dr. qz nihil minus continet Sed semel z simul omnia intuet̄: preterita: presentia: z futura. Uiuax mēs idcirco appellat̄. quia quod semel fuerit in diuina ratōe nulla vnq̄ obliuione abolebit̄ Primeua rerum ratio est: Quia ad eius similitudiem cuncta creata sunt. Dicunt quidam q̄ illud vnde agunt artes semper maneat. Hoc

ergo omnes artes agũt hoc intendũt: vt diuina in nobis similitudo reparetur. que nobis forma ē deo natura. cui quando magis conformamur: tanto magis sapimus. Tunc enim in nobis incipit relucere: quod in eius ratõe semper fuit. Quod quia in nobis transit: aput illum incõmutabile consistit. Aliter philosophia est ars artium z disciplina disciplinaruz id est ad quam omnes artes z discipline spectant. Ars dici potest scientia. que artis preceptis reguliszq consistit: vt est scriptura disciplia que dicitur plena: vt est in doctrĩa Vel ars dici potest quando aliquod visibile atqz opinabile tractatur. Disciplia ẽ do de hijs que aliter se habere non possunt veris disputationibus aliquid differitur. Quam differentiaz plato z arestote. esse voluerunt inter artem z disciplinaz. vel ars dici potest quod fit i subiecta materia: z explicatur per operationem z architecturam: Disciplina vero que in speculatione consistit. z p solam explicatur ratiotinatõnem vt logica. Aliter philosophia est meditatio mortis que magis conuenit cristianis: qui seculi ambitione calcata conuersatione disciplinali: similitudine future patrie viuunt. Aliter philosophia est disciplina omnium rerum diuinarum atqz humanarum rationes probabiliter inuestigans. Sic omnium studiorum ratio ad philosophiam spectat. Aministratio non omnis philosophia. et ideo philosophia aliquo modo ad omnes res pertinere dicitur.

Diuisio philosophie:

Philosophia diuiditur In theoricam: practicaz: mechanicam: z loicam. Hec quatuor omnem continent scientiã Theorica interpretatur speculatiua. Practica actiua: quam alio nomine ethicam id est moralem dicũt. Eo q mores in bona actione consistant. Mechanica: adulterina Quia circa humana opera versatur. Loyca sermo

ctionalis Quia de vocibus tractat. Theorica diuiditur in theoloiam:mathematicaz z phisicam. Hanc distinctionem Boetius facit alijs v=bis. Theoricam secans in intelligibilem:intelligibilem et naturalem. Per intelligibilem signans theoloiam. per intelligibilem mathematicā. Per naturalem phisicam. Beniqz intellectibilem diffinit ita.

De theologia.

Intellectibile est: quod vnū atqz idem per se in propria semper diuinitate consistens nullis vnq̄ sensibus sed sola tamen mente intellectuqz capitur:que nos ad speculationem dei atqz ad animum incoz ruptibilitatem considerationemqz vere philosophie: indagatione componit:quaz inquit greci theoloiaz nominãt Dicta autem theologia quasi sermo habitus de diuinis:Theos enim deus. Logos sermo vel ratio interpretatru. Theologia igitur est: quando aut ineffabilem naturaz dei aut spirituales creaturas ex aliqua parte profundissima qualitate differimus.

De mathematica

Mathematica autem doctrinalis scientia dicitur. Mathesis enim quando.t. habet sine aspiratione interpretat: vanitas:Et signat superstitionem illoz um qui fata hominum in constellationibus ponunt. Unde z huiusmodi matematici appellati sunt: Quando autem.t.habet aspiratum doctrinam sonat: Hec autem est que abstractam considerat quantitatem Abstracta enim quãtitas dicitur quem intellectus materia seperat: vel ab alijs accidentibus:vt est par z impar Et huiuscemodi in sola ratiocinatiõe tractamus quod doctrina facit non natura. Hanc Boetius intelligibilem appellat:que primaz intelligibilem cogitatione atqz intelligentia comprehendit: que sunt omnium celestium operum superne diuinitatis

ꝛ quidquid sub lunari globo beatiori animo atqꝫ puro ore subsistere valet ꝛ postremo animarum humanarum que omnia cum priorib illius intellectibilis substantie fuissent corpm tactu ab intellectibilibus ad intelligibilia degenerauerunt: ꝛ vt nō magis ipsa intelligantur ꝙ intelligant: ꝛ intelligentie puritate tūc beatiora sunt quoties sese intellectibilibus applicauerint. Spirituum nanqꝫ ꝛ animarum natura. Q̄ in corporea ꝛ simplex est: intellectibilis substantie particeps est. Sed quia p instrumenta sensuum non vniformiter ad sensibilia comprehendentia diuidit: Eorumqꝫ similitudinem per imaginationem ad se trahit: i eo quodamodo suam simplicitatez deserit: quo compositōnis rationem admittit. Neqꝫ enim omni modo simplex dici potest ꝙ compositio simile est Eadem igitur res diuersis respectibus intellectibilis simul ꝛ itelligibilis est. Intellectibilis eo ꝙ incorporea natura sit. ꝛ nullo sensu oprehendi possit. intelligibilis nō ideo ꝙ similitudo quedam ē sensibilium nec tamen sensibilis. Intellectibile est enim quod nec sensibile est. nec similitudo sensibilis. Intelligibile autem quod ipsum quidez solo pcipit intellectu: Sz non solo intellectu percipit: qz imaginatōez vel sensu hz quo ea que sensibus subiacent oprehendit. Tangendo autem corpora degenerat: quia dum inuisibiles corporuz formas per sensuū passiones percurrit: easqꝫ vt tactas per imaginationem in se trahit: totiens a sua simplicitate scinditur quibus aliquibus cōtrarie passionis qualitatibus informatur. Cum vero ab hac distinctione ad puram intelligentiam consscendens in vnum se colligit fit beatior intellectibilis substantie participatione.

De quaternario anime

Huius quoqꝫ progressionis regressionisqꝫ rationem: ipse

etiam numerus docet. Dic ter vnum fiant tria. Dic ter tria fiunt nouem: dic ter nouem: fiunt vigintiseptem: dic ter vigintiseptem: fiunt octuaginta vnū. Ecce tibi in q̄rto gradu vnitas prima occurrit: idemq; cuenire videbis. Si vsq; ad infinitum dixeris multiplicationem Vt semper in quarto gradu vnitas emineat. Rectissime aūt simplex anime essentia vnitas exprimitur que ipsa quoq; incorporea est. Ternarius quoq; propter indissolubile vnitatis medie vinculuz congrue ad animam refert. Sicut quaternarius: q; duo media habet: ideoq; dissolubilis est: proprie ad corpus pertinet. ¶Prima igitur progressio anime est: q; de simplici essentia sua que monade figuratur in virtualez ternarium se extendit: vbi iam per concupiscentiam aliud appetat. aliud per iram contemnat. ¶Per rationez inter vtrumq; discernat: z recte a monade intricidem profluere dicitur. Quia omnis essētia naturaliter prior est potentia sua. Rursum q; eadez vnitas in ternario multiplicato ter inuenitur hoc signat quoniam anima per tres: s; tota in singulis suis potētijs consistat. ¶Neq; enim nec rationem vel iram solam Vel concupiscentiam solam tercia parte anime dicere possumus: cum nec aliud nec minus sit in substantia. Ratio quam anima: nec aliud nec minus concupiscentia q; aia Sed vna eademq; substantia fm diuersas potentias suas diuersa sortitur vocabula Deinde a virtuali ternario scōa pgressione: ad rgendā humani corporis musicam: diuidit: que nouenario componit. Quia nouem sunt formamina in humano corpore quibus fm naturalem temperantiaz influit z effluit omne quod idem corpus vegetatur z regit. ¶Hic quoq; ordo est quia prius naturaliter anima potentias suas habet q; corpori commiscebatur. ¶Postea autem in tercia pgressione per sensus iam extra se pfula. Ad visibilia hec que p. xxvij. qui solidius nu

merus est: & terna dimensio
ne ad similitudinem corpo-
ris extenditur figurantur dis
pensanda per infinitas actō
nes dissipantur. In quarta
autez progressione soluta a
corpore ad puritatem simpli
citatis sue reuertitur. Ideo-
qz in quarta multiplicatione
vbi ter.xxvij. & in.lxxxj. ex-
creuit monas in summo ap
paret vt euidenter clareat q̄
anima post huiusmodi vite
terminum qui.lxxx. signat.
ad vnitatem sue simplicita-
tis redeat a qua prius discef
serat cum ad humanum cor
pus regendum descendebat
Q; autez in.lxxx. meta hūa
ne vite naturaliter consistat
prophęta declarat. Sit inq̄t
in valitudine .lxxx. annī. Et
amplius eorum dolor & la-
bor. Hanc quadruplam pro
gressionem illum quaterna
rium anime: de quo supra lo
cuti sumus: quidam intelli-
gendum putant cumqz ad
differentiaz quaternarij cor
poris quaternarium anime
appellatur.

De quater

nario corporis.

Nam corpori quoqz suum
assignant quaternarium Si
cut monas anime Ita dyas
ogruit corpori Dic bis duo
fiunt quatuor. dic bis quatu
or fiunt octo: dic bis octo fi-
unt sedecim: dic bis sedecim
fiunt trigintaduo. Dic in q̄r
to loco similiter idem nume
rus id est binarius. A quo
multiplicatio inicium sump
sit tibi occurrit: idemqz si in
infinitum processeris indubi
tanter continget. Et quarto
semper gradu binarius emi
neat. Et hic q̄ternarius cor
poris in quo intelligi datur:
esse quod a solubilibus com
positionem accipit. Sic quo
qz ipsum esse dissolubile. vi
des nunc satis aparte. vtpu-
to quomodo anime de intel
lectibus ad intelligibilia de
generant: quando a puritate
simplicis intelligentie Que
nulla corporum fuscaꝫ ima-
gine ad visibilium imagina
tionem diuidunt. Rursumqz
beationes fiunt: quādo se ab
hac distractione ad simplicē
nature sue fontem colligen-
tes quasi quodam optimo

figure signo impresse componuntur Est igitur vt apertius dicam intellectibile in nobis id quod est intelligentia Intelligibile vero id quod ē imaginatio. Intelligētia vero est de solis rerum principijs id est est de deo.ideis et yle z in corporeis substantijs pura certaq; cognitio. Ymaginatio est memoria sensuū ex corporum reliquijs inherentibus animo:principium cognitionis per se nihil certum habens. Sensus ē passio anime in corpore ex qualitatibus z extra accidentibus.

De quadruuio.

Cum igitur vt supra dictuz est ad mathematicam ppie pertineat. Abstractam attendere quantitatē in partibus quantitatis species eius que rere oportet. Quantitas abstracta nihil aliud est nisi forma visibilis sm liniamenta rem dimensionem animo impressa:que in ymaginatione consistit. Cuius gemine sūt partes vna ptinua vt arbor lapis que magnitudo dicit. Alia discreta vt grex:populus que multitudo appellat Rursus multitudinis alia p se sunt.vt tres quattuor vel quilibet alter numerus. alia ad aliquid:vt duplum dimidiuz:sesquialterum:sesquitertium vel quodlibet tale. magnitudinis alia sunt mobilia vt spera mundi. Alia immobilia vt terra. Multitudinē ergo que per se est archimetrica speculatur. Illaruz autem que ad aliquid est musica. Immobilis magnitudis geometria policetur noticiā Mobilis vero scientiam astronomice discipline picia vendicat. Mathematica igitur diuiditur in archimetricam:musicam: geometriā astronomiam.

De aresimetrica

Ares grece virtus interpretat latine richmus numerus.in de aresimetrica virtus numeri dicitur. Virtus autem numeri est q; ad eius similitudinem cuncta formata sunt.

Folium

De mulica.

Musica ab aqua vocabulum sumpsit:eo q nulla euphonia id est bona sonoritas sin humore fieri potest

De geome

tria

Geometria mensura terre interpretatur:eo q hec disciplina primum ab egiptijs reperta sit:quoruz terminos nilus in vndatione sua Limo obduceret z confunderet limitibus partitis z finibus ẽ ram mensurare ceperunt:deinde a sapientibus etiam ad spacia maris celi z aeris et quorumlibet corporum mẽsuranda deducta est z extensa.

De astrono

mia.

Astronomia z astrologia in hoc differre videntur. Q3 astronomia de lege astrorum nomen sumpsit. Astrologia autem dicta est quasi sermo de astris disserens. Nomia enim lex z logos sermo interpretatur. Ita astronomia videtur esse que de lege astrorum z cõuersione celi disserit:regiones:circulos:cursus ortus z occasus siderum et cur vnumquodq3 ita vocet̃ inuestigans. Astrologia aũt que astra considerat ẽm natiuitatis z mortis:z quoz libet alioz eueniuum observantiam:que partim naturalis est:z partim superstitiosa. Naturalis in complexionibus corporum que scõm superiorum cõtemperantiaz variantur vt suauitas:egritudo:tẽpestas:serenitas:fertilitas z sterilitas superstitiosa in contingentibus: z bijs qui libero arbitrio subiacent quam partem mathematici tractant.

Aresmetri

ca

Aresmetrica materiã hz parẽ z imparẽ numez.par numeras:alius ẽ pit par:alius pit ipar. Impar quoq3 numerus tres hz spẽs. Pria ẽ primus z incoposit̃us. scda scõus z ꝓpositus. Tercia p se scõus z ꝓpositus ad alios ꝓpatus primus z ippositus

Musica

Tres sun musice: mundana hūana instrumētalis. Mūdana alia in elementis: alia in plantis: alia in tēporibus: In elemētis alia in pōdere: alia in numero: alia in mensura. In plantis alia in situ: alia in motu: alia in natura. In tēporibus alia in diebus vicissitudine lucis z noctis: alia in mensibus crementis decremētisq; lunaribus: alia in ānis mutatiōe veris estatis autumni z hiemis. Humana musica alia i corpore alia in anima: alia in ꝓnexu vtriusq;. In corpore alia est in vegetatione ꝑm quā crescit que oibus nascentibus ꝓuenit. Alia est in humoribus ex quorū complexione humanum corpus subsistit: que sensibilibus cōmunis ē. Alia in operationibus que spiritualiter rationabilibus congruit quibus mechanica preest: que si modū non excesserit bone sunt vt inde nō nutriatur cupiditas vt infirmitas foueri debet sicut Lucanus in laudem Katonis refert. Huic epule vicisse famem magniq; parentis sub mouisse hiemem tecto: preciosaq; vestis bircani membra super rationi more que ritis induxisse togā. Musica in anima alia est in virtutibus vt est iusticia pietas temperantia: alia in potētiis vt ratio ira concupiscentia. Musica inter corpus z animaz est illa naturalis amicicia qua anima corpori nō corporeis vinculis sed affectibus quibusdaz colligatur ad mouendū z sensificandū ipsum corpus: ꝑm quā amiciciam nemo carnem odio habuit suam. Musica hec est vt ametur caro sed plus spiritus vt foueatur corpus non perimat virtus. Musica instrumētalis alia in pulsu vt sit i tympanis z cordis alia in flatu vt in tibiis z organis: alia in voce vt carminibus z cātilenis. Tria quoq; sunt genera musicorum. Unum quod carmia fingit Aliud quod instrumentis agitur. Tercium quod instrumentorū opus carmen quoq; diiudicat.

Geometria

Geometria tres habet ptes planimetriam altermetriam ⁊ cosmimetriaz. Planimetria planuz metitur. i. longū ⁊ latuz et extenditur ante ⁊ retro dextrorsum ⁊ sinistrorsum. Altermetria altū metiē ⁊ extenditur sursū ⁊ deorsū. naz ⁊ mare altum dicitur id est profundum: ⁊ arbor alta id ē sublimis. Cosmos mundus interpretaē: ⁊ inde dicta est cosmimetria .i. mensura mundi: hec metitur spherica id est globosa ⁊ rotunda sicē est pila ⁊ ouum: vnde etiam a spera mundi ꝓpter excellentiā dicta est cosmimetria non quia tantum de mundi mensura agat: sed qz mundi spera inter omnia spherica dignior est.

De astronomia

Hec ꝯrium est qō superius immobilem magnitudinem geometrice attribuimus: et mobilem astronomice: quia hoc ꝑm primam inuentionē dictum est ꝑm etiam quam geometria mensura terre dz vel possumus dicere ꝙ illō qō geometria in spera mōi considerat. i. diuisio regionū ⁊ circuloz celestium immobile sit ꝑm hoc ꝙ ad geometricam ꝓsiderationez ptinet. Geometria enim non considerat motū sed spaciuz. Qō autem astronomia speculaē sit mobile. i. cursus astroz: intervalla temporum: sicqz vniuersaliter dicemus immobilem magnitudinez geometrie esse subiectam: mobilez astronomie: quia licet ambe due de eadem re agant: vna tamen contemplaē id quod ꝓmanet: altera id quod trans sit speculatur.

Diffinitio quadruuij

Arismetrica est igiē numerorum scientia. Musica diuisio quadruuij sonorum et vocum varietas. Aliter musica siue armonia est pluriū dissimiliū in vnū redactorū ꝯcordia. Geometria est disciplina magnitudis immo-

bilis formarumq; descriptio ptemplatiua per quaz vniuſ cuiuſq; termini declarare ſo lent. Aliſ geometria eſt fonſ ſenſuum ⁊ origo dictionum Aſtronomia eſt diſciplia in uestigas ſpacia motus ⁊ re ditus celeſtium corpoꝝ ce teris temporibus.

De phiſica

Phiſica cauſas rerum in effectibus ſuis: ⁊ effectuſ in cauſis ſuis in veſtigādo con ſiderat. Unde tremor terris qua vi maria alta tumeſcūt herbaz vires animoſ iraſq; feraz: omne genus fructicū lapidum quoq; reptibiliūq; Phiſis natura interpretaſ vnde etiam in ſuperiori diui ſione theorice phiſicam na turalem Boecius noiauit: hec etiam phiſiologia dicit: id eſt ſermo de naturiſ diſſe rens quod ad eandē cauſaz ſpectat. Phiſica aliquando cōmuniter accipit equipol lens theorice: ꝓm quam ac ceptionem philoſophiaz qui dam in tres diuidūt partes: id eſt phiſicam ethicaz ⁊ lo gicam. In qua diuiſiōe me chanica non continetur: ſed reſtringit philoſophia circa phiſicam ethicā ⁊ logicam.

Quis ſit vniuſcuiuſq; artiſ terminuſ

Cum vero omnes artes ad vnum philoſophie tendant terminum: nō vna tamē via omnes currunt: ſed ſingule ſuas propriaſ ꝓſiderationes habent quibus ab inuicem differūt. Logice ꝓſideratio eſt in rebus attendēs intelle ctus rerū ſiue per intelligen tiam: vt neq; ſint hec neq; horuz ſimilitudines: ſiue per rationez vt non ſint hec: ſed horum tamen ſimilitudines Cōſiderat ergo logica ſpēs ⁊ genera rerū. Mathema tice autez propriū eſt actus confuſos incōfuſe per rōem attēdere verbi gra. In actu rerum nō inuenit linea ſine ſupficie ⁊ ſoliditate. Nullu enim corpuſ ſic ſolummodo longum eſt vt latitudine vel

altitudine careat. Sed in oī corpore hec tria simul sunt: ratio tñ attēdit sine superficie: crassitudine lineaz pure per se quod est mathematicum: non quia in re ita vel sit vel esse possit: sed rō sepe actus rerum considerat nō vt sunt sed sicut esse possunt non in se: sed inquantū est ad ipsaz rationez. i. vt ratio pateretur esse: sm quā consideratione dictū est ꝓtinuā quantitatez in infinita decrescere: z discretam crescere in infinitū: Talis enim est viuacitas rōnis vt omne longū in longa diuidat: latū in lata zc: vt que ipsi rationi nihil carēs interuallo interuallum generet. Physice autem est propriū actus rerū ꝑmixtos imperminxte attēdere. Actus enim corporum nō sunt mundi nō sunt puri: sed compositi ab actibus purorum quos physica cū per se non inueniant pure tamē z per se ꝯsiderat purum scz actum ignis siue terre aeris siue aq̄ z ex nāta vniuscuiusq; p se cōsiderata de concretione z efficētia totius iudicat: hoc cuā pretereundū non est q̄ sola physica propie de rebus agit: cetere omnes de intellectibus rerū Logica tractat de istis intellectibus sm predicamentalē constitutionez. Mathematica vero sm integralē compositionez: z iō logica q̄nq; vtit pura intelligētia. Mathematica autem nunq̄ sine imaginatiōe: iōq; vere nihil simplex est. quia cū logica z mathematica priores sunt ordine discendi q̄ physica et eadem quodāmodo instrumenti vice funguntur quibus vnumquēq; primum informari oportet anteq̄ physice considerationi speculatiōiq; operam daret. Necesse fuit vt non in actibus rerum vbi fallax experimentuz est: sed in sola ratiōe vbi incōcussa veritas manet suaz considerationē poneret. Deinde ipsa rōne preuia ad experientiaz rerum diuideret. Postq̄ igitur demōstrauimus quō diuisio theorice quaz posuit Boecius superiori queniat breuiter nunc vtraſq; repetimus vt singula vtriusq; vba diuisionis inuicē ꝓferamus.

Folium Collatio su

pra dictorum

Theorica diuidit in theologiaz mathematicā z phisicā Uel aliter. theorica diuidit in intellectibilez intelligibilē z naturalē. Uel aliter. theorica diuiditur in diuinalez in doctrinam z phisiologiam. Eadez est igitur theologia intellectibilis z diuinalis. eadem est mathematica intelligibilis z doctrinalis. eadez est phisica phisiologia z naturalis. Sunt qui has tres theorice ptes mistice quondam palladis noīe que dea sapientie fingitur esse significari putant. Dicitur enim tritona q̄si tritonea .i. terna cognitio videlicz dei quoniā intellectibile nominamus: z animarū quam intelligibilē diximus: corpoz quam naturalez appellamus. Et merito ab his tribus tantū sapientia vocabuluz sumit: qz licet tres reliquas .i. ethicam mechanicaz logicam ꝯgrue ad sapientiam referre possumus: expressius tamen logicam ꝓpter vocis eloquentiā

cxruij

mechanicā z ethicaz ꝓpter circumspectionez morum et operum: prudentiam siue scientiam appellamus. Solaz autem theoricā propter speculationem veritatis rerum sapientiam nominamus.

Diuisio practice

Practica diuiditur in solitariam priuatam z publicā Uel aliter. in ethicā yconomicaz z politicā. Uel aliter in moralem z dispensatiuaz et ciuilem vna est solitaria: ethica z moralis vna rursuz priuata z yconomica et dispensatiua eademqz politica atqz ciuilis. Economus interpretatur dispēsator: inde economica dicta ē dispensatiua Polis grece ciuitas latine dicitur: ide politica dicta est .i. ciuilis. Quando ethicam ptem constituimus practice proprie accipiēda est ethica in moribus vnuscuiusqz psone: z est eademqz solitaria Solitaria igitur est que sui curā gerens cunctis sese erigit exornat augetqz virtutibus. Nihil in vita amittens

quo non gaudeat: nihil faciens penitendum. ¶Priuata est que familiaris officium mediocriter cōponens dispēsatione distribuit. ¶Publica est que reipublice curā suscipiens cunctoz saluti sue prouidentie solertia et iusticie libera z fortitudis stabilitate temperātie patientia medet Solitaria igit̄ ꝙuenit singularibus: priuata pribus familiias: politica rectoribus vrbium. ¶Practica actualis dr eo ꝙ res propositas actionibus explicet. ¶Moralis dr: per quā mos viuendi honestus appetitur: z istituta ad virtutez tendentia preparat. ¶Dispesatiua dr dum domesticarum rerū sapiēter ordo disponitur. Ciuilis dicitur p quaz totius ciuitatis vtilitas aministratur

Diuisio mechanice in septem

¶Mechanica septē sciētias continet lanificiū armaturā nauigationem agriculturaz venationem medicinā theatricam. Ex quibus tres ad extrisecus vestimentū nāte pertinent quo seipsa natura ab incōmodis ptegit. Qua tuor ad intrinsecus quo se alendo z fouēdo nutrit: ad similitudinem quidez triuij et quadruuij: quia triuium de vocibus que extrinsecus sūt z quadruuium de intellectibus qui intrinsecus cōcepti sunt practicat. ¶Me sunt septē ancille ꝙs mercurius aphilogia in dotez accepit: quia nimirū eloquentie cui iūcta fuerit sapiētia oīs humana actio seruit: sic Tulius in li. rethoricorum de studio eloquētie dicit: hec tuta: hec honesta: hec illustris: hec cadē vita iocunda fiat. ¶Maz hinc ad rempublicaz plurima cōmoda veniunt. Si moderatrix oīm presto est sapientia hinc ad eos qui eam adepti sunt laus honor dignitas cōfluit: hinc amicis quoqz eoz certissimum z tutissimū presidiuz est. ¶Me mechanice appellantur. i. adulterine: quia de opere artificis agunt: qō a natura formaz mutuat: lic̄ alie septem liberales appellate sunt: vel quia liberos. i. expeditos z exercitatos ani

mos requirunt: q; subtiliter de rerum causis disputant: vel quia liberi tantum antiquitus.i. nobiles in eis studere consueuerant. Plebei vero & ignobiliuz filij in mechanicis propter peritiã operandi i; quo magna priscoz apparet diligentia: qui nil interpretatum linquere voluerũt: sed oia subiectis regulis & preceptis stringere. Mechanica est scientia ad quaz fabricam omniũ rerum concurrere dicunt.

Pruna lanificiũm

Lanificium continet omnia texendi ofuendi retorquẽdi genera que fiunt manu acuſuſo subula girgillo pectine alabro calamistro chilindro siue aliis quibuslibet instrumentis ex quacunq; lini vel lane materia & omni genere pellium erasarum vel pilos habentium. Canapis quoq; vel suberis iunctoz filoz floccoz: aut alia qualibet re huiuscemodi que in vsuz vestimentorũ operimentoz lineoz sagorũ saginatum substratoriorum cortinaruz matularum filtroz cozdarũ cassium funium redigi põt. Stramina quoq; ex quibus galeros & sportulas texere solent hoies Hec oia studia ad lanificium pertinent.

Secũda ar

matura

Secũda est armatura. Arma aliquando quelibet instrumenta dicunt: sicut dicimus arma belli. Arma nauis .i. instrumenta belli & nauis. Ceterum proprie arma sũt. quibus tegimur vt scutum: torax galea: vel quibus percutimus vt gladius bipennis Tela autem sunt quibus iaculari possumus: vt hasta: sagitta. Dicta autem arma ab armo id é brachio: quia brachia muniũt que ictibus opponere solemus. Thela autem dicunt a greco telon id est longũ eo q; longa sũt huiusmodi: vnde & prothelare id est plongare dicitur Armatura igit quasi instrumentalis scientia dicitur: nõ tamen ideo q; instrumentis

operando vtatur: quoniã q̃ de preiacẽte alicuius masse materia aliquod vt ita dicaz instrumentũ efficiat: ad hãc ois materia lapidũ lignorũ metallorz arenarũ argillarũ pertinet. Hec duas species habet architectonicã z fabrilez. Architectonica diuiditur in tignentariam que ad lata mos z ad cementarios z in carpentariaz que ad carpentarios et tignarios pertinet. Alioſqz huiuſmodi artifices in dolabris ſecuribus lima z aſticulo ſerra et terebro et trulla polientes dolãtes ſculpantes limantes ſculpentes z pingentes in qualibet materia luto latẽ lapide ligno oſſe calce z ſi q̃ ſunt ſimilia operantiũ. Fabrilis diuidit in malleatoriã que feriendo maſſam in formaz extendit. z in excluſoriaz q̃ fundendo maſſam in formam redigit. Vnde excluſores dicti ſunt qui de confuſione maſſe nouerunt formam vaſis expimere.

De nauigatione

Nauigatio continet omnez in emendis vendendis mutuandis domeſticis ſiue peregrinis mercibus negociationez. Hec rectiſſime quaſi quedã ſui generis rethorica eſt: eo q̃ hic negatio ſiue profeſſioni eloquentia maxime ſit neceſſaria. Vñ z hic qui facundie preeſſe dicit mercurius q̃ſi mercatorz kirius id eſt dominus appellatur. Hec ſecreta mũdi penetrat littora inuiſa adit: dicta horrida luſtrat: z cum barbariſ nationibus z linguis incognitis cõmercia hũanitatis exercet: huiuſ ſtudiũ gentes conciliat: bella ſedat: pacem firmat: et priuata bona ad communem omnium vſum immutat.

De agricultura

Agricultura quatuor habet ſpecies aruum agrũ qui ſationibus deputatur: tonſituz qui arboribus vacat vt vineta pomeria nemora: paſcuũ vt prata tempe: floridum vt orti roſaria.

De venatõe

Venatio diuiditur in ferinã Aucupium z piscaturã. Ferina multis modis exercet. Retibus : pedicis : laqueis: precipicijs:arcu:iaculis: cuspide. In odagine pennarum odore canibus: accipitribus Aucupium fit laqueis:retibus:pedicis:arcu: visto hamo. Piscatura fit sagenis: retibus: gurgustijs: hamis: iaculis. Ad hanc disciplinaz pertinet omnium ciboz saporum z potui apparatus: nomen tamẽ accipit ab vna parte sua. Quia antiquitus plus venatione vesci solebãt sicut adhuc in quibusdam regionibus:vbi carissimus vsus est panis carnem pro cibo z mulsum vel aquam p potu habent. Cibus in duo diuiditur in panem z obsonium. Panis dictus est:q omnibus mensis apponitur vel a greco pan quod est totum vel omne. quia nullum conuiuium bonum sine pane dicit. Panis multa sunt genera. Azimus fermentatus:subcinericius: rubigus: spongia:placẽta. olibanicus: Siligineus. Simula z cetera multa. Obsonium dicitur quasi adiunctum pani quod nos cibarium possumus dicere. Huius multa sunt genera:carnes:pulmenta: mulsa:olera:fructus:carnes alie sunt asse:alie fixe:alie elixe: alie crude:alie salse. Alia dicuntur succidia:lardum quoqz siue texea:perna vel pentas:vertulus:axungia:aruina:adeps. Pulmenti item multa sunt genera:lucanie: farcimen:minutal:affrotum mortisia:galacie: Et cetera quecunqz princeps coquoz excogitare potuerit. Mulsa habent lac. Colustrum: babducam:butirum:caseuz: serum: olerum z fructuum nomina enumeret qui põt: Sapores sunt alij calidi:alij frigidi:alij amari: alij dulces:alij sicci:alij humidi:potus alij tantum sunt potus: id est qui humidant tantum z non nutriunt. Alij potus z cibus id est qui humectant z nutriunt vt vinum. Rursum qui cibus sunt:alij naturaliter sunt cibus. vt vinuz

z ficera quelibet. Alij accidentaliter vt cereuisia. Venatio igitur continet omniū pistorum:carnificum:cocoz cauponum officia.

Sexta medicina.

Medicina diuiditur in duas partes. Occasiones z operationes. Occasiones sex sunt. aer :motus:z quies in amicio z repletio:cibus z potus:somnus z vigilie. z accidentia anime. Que ideo occasiones dicuntur esse: quia faciunt z conseruant sanitatem: si temperata fuerint in firmitatem inducunt. Accidentia anime ideo dicuntur occasiones sanitatis vel infirmitatis. Quia aliquando vel commouent calorem impetuose vt ira vel leniter vt delectationes. Vel atrahūt z celant:aut impetuose Ut terror z timor:aut leniter vt angustia. Et sunt que commouent naturaliter virtutez intus z extra vt est tristicia: Omnis operatio medicine aut fit intus aut extra. intus vt ea que ore naribus:auribus siue ano intus mittunt. vt potiones:vomitationes z pulueres:z que bibēdo vel masticando vel attrahendo summūtur foris:vt epitimata:emplastra:cataplasmata: cirurgia. Que duplex est in carne vt icidere:suere:vrere In osse vt solidare z iūctu re reddere. nec moueat quē q̄ q̄ cibum z potum int attributa medicine anumero que superius venationi attribui. Quia sm diuersos respectus hoc factum est. Vinum nanq; in botro agricul ture est:in penu cellarij. In gustu medici. Similiter ciborum apparatus ad pristinum macellum coquinaz p tinet virtus saporis ad medicinam.

Septima theatrica.

Theatrica dicitur sciētia ludorum atheatro vbi populus ad ludendum venire solebat:non quia in theatro tā tum ludus fieret:sed quia celebrior locus fuerat ceteris. Fiebant autem ludi alij in theatris:alij in amphitricis

alij in arenis:alij ī conuiuijs alij infamis.intheatro gesta fcitabantur vel carminibus vel personis vel laruis vel o stillis.in zabulis choreas du cebant z saltabant.In gym nasijs luctabantur.In am phitricis cursu certabant vel pedum vel equitum vel cur uum.In arenis pugilles et exercitabantur:In cōuiuijs richmis z musicis instrumē tis z odis psallebant z alea ludebant.In phanis tempo re solemni:deoruz laudes ca nebant.Ludos vero idcirco inter legittimas actiones cō numerabāt:quia temperato motu naturalis calor nutrit in corpore z letitia animus reparatur:vel quod magis videtur.Quia necesse fuit populum aliquando ad lu dendum conuenire voluerūt determinata esse loca luden di ne in diuersorijs conuenti cula facientes.probrosa aliq̄ aut facinorosa perpetrarent.

Logica que

est quarta philosophie ps. Logica diuiditur in grama tica z rationem disserēdi: Grama grece littera īterpre tatur latine.inde dicta ē gra matica id est litteralis scien tia.Littera proprie est figu ra que describitur.Elemen tum sonus qui pronunciat. Ceterum hic communiter capiendo est littera.vt z vo cem z litteraz intelligamus. vtrumqz enim ad gramati cam pertinet.Quidaz dicūt gramaticam non esse ptem philosophie sz quasi quoddā appendicium z instrumen tum ad philosophiam.De ratione autez disserendi boe tius dicit q̄ z ps esse possit. z instrumentum ad philoso phiam:sicut pes:manus: li gua:oculi ꝛc.partes sūt cor poris z instrumēta.Grama tica simpliciter agit de voci bus id est ꝑm se intentionez z formationem: compositio nem:inflexionem:prolatiōez z cetera ad pronunciationez pertinentia.Ratio disserēdi agit de vocibus secundum intellectus.

De grama

tica

Gramatica diuiditur in litteram: sillabam: dictionez et rationem vel aliter. Gramatica diuiditur in litteras. i. id quod scribiꝫ z voces id est id quod pronunciatur. Vel aliter. Gramatica diuiditur in nomen: pronomen: verbū ⁊c. vocem articulatam: ſraz sillabam. Pedes accentus: posituras notas. Orthographiam: anologiam: ethimologiam: glosas: differentias barbarismum: soleocismum vicia: methaplasma: scemata tropos: prosas: metra: fabulas: historias Quorum idcirco expositionem transeo: qz prolixior esset qꝫ huiuscemodi cedule breuitas expectat. Et quia etiaz in hoc opusculo diuisiones: tamen reruz z omnia inuestigare proposui vt tantumodo quoddaz principium doctrine lectori concederetur. Qui autem hoc scire desiderat legat donatū. Seruium. Prisstianum de duodecim versibus virgilij: z barbarismum z isiderum in libro ethimologyarum.

De ratione

disserendi.

Ratio disserendi integrales partes habet inuentionez z iudicium. Diuisiuas vero ō monstrationem probabilem zophisticam. Demonstratō est in necessarijs argumentis: z ptinet ad philosophos Probabilis pertinet ad dialeticos z rethozes. Sophisstica ad sophistas z cauilatores. Probabilis diuiditur ī dyaleticam z rethozicam: qꝝrum vtraqz integrales ptes habet inuentionem z iudicium. Quia enim ipsum genus id est dissertiuam integraliter constituūt. Necesse est vt in compositione omnium specierum eius simul inueniantur Inuentio est que docet inuenire argumenta: z constituere argumētatōes Scientia iudicandi que de vtroqz iudicare docet. Queri potest si inuentio z iudicium sub philosophia otineaꝫ Videnꝫ eni neqz sub theorica neqz sub practica. Neqz sub mechanica: neqz sub logica sub qua magis videtur

continere. Sub logica non continetur. Quia neqz per gramaticam neqz per dissertiuam. Per dissertiuā non ptinet cū integralit eā cōstituāt: nulla aūt res ee possit simul integralis et diuisiua pars ciusdez generis. Sicqz philosophia non omnez sciētiam continere videtur. Sed sciendum q scientia duobus modis accipi solz: scz pro aliqua disciplinarum sicut cuz dico dyaleticam esse scientiā id est artem vel scientiā. Et pro qualibet cognitiōe sicut cum dico scientiam habere eum qui scit aliquid. Verbi gratia. Si scio dyaleticaz scientiam habeo. Et si scio naturam scientiam habeo. Et si scio socratem zophronici filium esse scientiam habeo. Et vniuersaliter omnis qui aliquid scit potest dici scientiam habere. Sed tamen aliud est cum dico dyaletica ē ars vel disciplina. atqz aliud cum dico socratem esse zophronici filiuz: est scientia id ē cognitio de omni scientia q̄ est ars vel disciplina. Vel ē dicere q̄ sit ps philosophie diuisiua. Est tamen prorsus omnis scientia siue disciplia siue quelibet cognitio pars philosophie vel diuisiua vel integralis. Disciplina ē sciētia que absolutum finez habet: in quo propositum artis perfecte explicat: q̄ scientie inueniendi vel iudicandi nō conuenit. quia neutra per se absoluta est. Et ideo disciplina dici non possunt: sed partes discipline. Rursum queritur: Si inuentio vel iudicium eedem sint partes dyalectice z rethorice quod inconueniens videtur. Et duo opposita genera eiusdem prorsus constituātur partibus. Dici autem potest has duas voces equiuocas esse ad partes dyaletice. Vel q̄ fortassis melius dicamus inuētionem z iudicium proprie partes esse dissertiue. et sub hijs vocibus vniuocari. In inferioribus tamē huius generis quibusdam proprietatibus a seinuicem differre pbas q̄ tñ voces nō discernūt Quia per eas non fm hoc q̄ species componunt. Sed fm hoc q̄ partes sunt gene-

ris significantur. Gramatica est scientia loquendi sine vicio. Dyaletica: disputatio acuta verum a falso distinguens. Rethorica disciplina ad persuadenduz queqz ydonea.

Supradictorum recapitulatio

Philosophia diuiditur in theoricam practicaz: mechanicam z logicaz. Theorica diuiditur in theologiam physicam z mathematicam. mathematica diuiditur in aresmetricam musicam: geometriam z astronomiam. practica diuiditur in solitariã priuatam z publicam. Mechanica diuidit in lanificiuz armaturam: nauigationem agriculturam: venationem: medicinam z theatricaz. logica diuiditur in gramaticã z dissertiuaz. Dissertiua diuiditur in demonstratiuam z probabilem zophisticam. Probabilis diuiditur i dialeticam z rethoricam. i hac diuisione solummodo diuisiue partes philosophie continentur. Sunt aduc alie subdiuisiones istarum partium Sz iste nũc sufficere possũt In his igitur si solũmodo numerum respicis inuenies xxj. Si gradus computare volueris. xviij. inuenies. Autores harum scientiarum diuersi leguntur. alij incipiendo: alij augendo: alij perficiendo artes inuenerunt. Sic qz eiusdez artis plures sepe referuntur auctores. Ex his paucorum nomina subtus ã numerabo.

Explicit secundus liber.

Nota inferius de primis inuentoribus artium.

Incipit tercius Didascolicon hugonis de modo z ordine legendi z disciplina. z autoribus artium.

Theologus aput grecos fuit linus. Aput latinos varro et nostri tempis Johannes Scotus de decẽ

kathegoriis indidit phisicaz naturalez milesius: aput grecos tales vnus de septem sapientibus reperit. Aput latinos ⁊ Plinius descripsit. arichmetricam samius pitagoras inuenit. nichomacus scripsit. aput latinos primū apulegius. Deinde Boetius transtulit. Hic etiam pitagoras mathematicalem fecit id ē librum de doctrina quadruuij. ⁊ y ad similitudinem humane vite inuent. Musice repertorem moyses dicit fuisse tubal. qui fuit de stipe cayn. Greci pitagoram. Alij mercurium qui prius retracordum inuenit. Alij linum: vel zetum vel amphionem: Geometriam aput egiptuz primum dicunt esse repertā Cuius auctor aput grecos optimus Euclides fuit. Huius artem transtulit Boetius. Heracoscenes quoq; sagacissimus in Geometria: qui ambitum orbis reperit: Dicunt quidam ꝙ Cham filius Noe astronomiaz primus inuenerit. Chaldei primum astrologiam docuerūt ẏm natiuitatis obseruantiaz Josephus autem asserit: abrabā primuz instruxisse egiptios Astrologiam. Astronomiam Tholomeus rex egipti reparauit. Hic etiaz canones instituit. quibus cursus astrorum inuenit. Aiunt quidam Nemroth gigantez summum fuisse astrologuz: Sub cuius nomine etiam astrologia inuenitur. greci dicunt hanc artem ab athlāte prius excogitatam propter quod ⁊ celum sustinuisse ferunt. Ethice inuentor socrates fuit de qua. xxiiij. libros ẏm positiuam iusticiam scripsit. Deinde Plato discipulus eius multos libros de re ipsa ordinauit. fronto quoq; philosophus scripsit librū strategoniaton id est militaris suauitatis.

Nota de inuentoribus singularum artium.

Mechanica diuersos habuit auctores: esiodus: astreus: prius aput grecos i describēdis rebus Rusticis studuit.

deinde demetrius magnus carthaginensis in.xxviij.vo luminibus studium agricultare descriptit. Apud romanos primus cato de agricultura instruxit quod deinde marcus therencius expoliuit. Virgilius quoqz georgica fecit. Deinde Cornelius Emilius. Atticus. Lucius. Emilianus siue colomella insignis orator qui totum corpus disciplinę huius complexus est. Vitronius ¦quoqz de architectura. Palladius de agricultura. Lanifici vsus primus aput grecos primaz mineruam monstrasse ferũt. Hanc etiam primam telam ordinasse: lanas coloraſſe: fabricę quoqz z oliue inuentricem credunt. Ab ipsa dedalus didicit. Et ipse post eam fabricam fecisse creditur. aput egiptũ: vsis filia ymachi: vsũ ferendi lini reperit. Et qualiter vestimenta inde fierent monstrauit. Similiter lane vsum ibidem ipsa reperit. in libia primum vsum lane exortus est: a templo hamonis Minus rex assiriorum prius bella mouit. Vulcanum primum fabrum fuisse credunt Diuina autem historia Tubalcaym. ¶Primus prometheus ferreo circulo lapidez imprimens vsum annuli inuenit. Mauigij vsum pelasgi inuenerunt. Ceres prima in grecia aput eleusim vsũ frumenti inuenit. Ysis in egipto. Pilumpnus in italia vsum frumenti z farris z ritum molendi z pinsendi. thagus in hyspania ritum serendi. Osiris aput egiptum cultum vinearum reperit. Liber aput indos. Dedalus primus mensam z olam et sellam fecit. Apirius primus composuit apparatum coq̃ne: qui tandem in ea consũptis bonis voluntaria morte periit. Medicine auctor aput grecos appollo fuit. Hãc filius eius esculapius laude z opere ãpliauit: qui postq̃ fulmine perijt: diu medendi cura intermissa est: latuitqz per annos pene quingẽtos vsqz ad tempus arthaxersis regis. Tunc eam renouauit in lucem Ypocras a scelepio patre suo genitus in choo insula. ludialis inicitũ sumpliſſe

credunt qui ex asia venientes in etruria ꝺsederunt sub tyrrone duce vbiqꝫ inter ceteros superstitionum suarū ritus spectacula instituerūt: quem morez romani imitati sunt. Aterficis inde aterficibus inquam ludia lidis vocati sunt.

Vnde inicīū literaruꝫ hebreorum

Litere hebreorum a moyse per legez inicium sumpsisse credūtur. Caldeoꝝ z syrorū per abraham. Egiptiorum literas ysis inuenit. Grecoꝝ phenices quas cathmus a fenice in greciam transtulit. Carmentis mater euandri: que proprio noie nicostrata vocabatur latinas literas inuenit. Diuinam hystoriam primus moyses scripsit. Apō gētiles primus dareffrigius troyanam stystoriam edidit: quam in foliis palmarum ab eo scriptam esse ferunt. ¶ Post dareté in grecia herodotus primus hystoricus fuit: post qué scitides. ¶ Isdem tpibus claruit quibus bosoras legem scripsit. Fabulas prius credit inuenisse alemon crotoniensis. Egiptus est mater artiū. deinde in greciam: z inde in ytaliaz venerunt. In ea primū grāmatica reperta est tempore osiris mariti ysidis. i ea quo qꝫ dyaletica inuenta é a permenide q̄ ciuitates et cetus hominum fugiens in rupe consedit in modico tempore sicqꝫ dyaleticaz excogitauit: vnde z rupes pmenidis appellata est. ¶ Plato aūt post mortez socratis magistri sui egiptum demigrauit. Ibiqꝫ perceptis liberalibus studiis athenas rediit: z apud achademiam villā suaz coadunatis discipulis studiis operaz dedit. Hic primum logicam rationalem grecis instituit: quā postea arestotiles eius discipulus ampliauit pfecit z in arte redegit. ¶ Marcus Therencius varro primus dyaleticā de greco in latinū transtulit. ¶ Postea Cicero topica iuenit. Demoscenes fabri filius apud grecos re-

thorice repertor dicitur esse Tysias apud latinos. Corax apud syracusas: hec ab Aristotile z Gorgia et Ermagera in greco scripta est trā slata in latinum a Tulio et Quintiliano.

Que artes precipue legende sunt

Ex his autem omnibus scientiis supra enumeratis septem specialiter discreuerāt antiqui in studiis suis ad opus erudiendorū in quibus tantam pre ceteris vtilitatez pspexerunt vt quisquis hāx disciplinarum firmitatē percepisset ad aliarum noticiaz postea inquirendo magis z exercendo q̄ audiendo peruenire. Sunt etiam q̄si que dā instrumēta z rudimenta quibus via paratur animo ad plenam philosophice veritatis noticiaz. Hinc triuium z quadruuium nomē accepit: eo q̄ bis q̄si quibusdaz viis viuax animus ad secreta philosophie introeat. nemo tūc temporis nomine magistri dignus videbatur qui non harū septem cognitione polleret. pitagoras quoq; hanc in studiis suis consuetudinē seruasse legit vt vsq; ad septennium s̄m numerum videlicet septez liberaliū artiū. Nullus discipulorum suorū de his que ab ipso dicebat: ratione poscere auderet: sed fidem daret verbis magistri quousq; omnia audisset: sic q; iam per semetipsum rationem eorū posset inuenire. Vas septez quidā tanto studio didicisse legūtur vt plane oēs ita memoria tenerēt vt quascunq; scripturas ad manum sumpsissent quascū q; questiōes soluendas aut cōprobandas proposuissent ex his regulas z rationes ad diffiniendum id de quo ambigetur. Folia libroz reuoluendo non quererēt: sed statim corde parata haberent. Hinc profecto accidit vt tot essent eo tempore sapientes vt ipsi plura scriberent q̄ legere nos possumus. Scola

res vero nr̃i aut nolunt aut nesciunt modus congruum in discẽdo seruare. ⁊ idcir multos studẽtes: paucos vo sapiẽtes inuenimus. Mihi autem videtur non minori cura prouidendum esse lectori vt in studiis vtilibus o peram suaz impendat q̃ ne in vtili ⁊ bono proposito te pidus remaneat. Malum est bonum negligẽter agere peius est inuanum labores multos expendere: sed quia non oẽs hanc discretionem habere possunt vt intelligãt quid sibi expediat. Idcirco que scripture mihi vtiliores videant lectori: breuiter demõstrabo: ac deinde de mõ discendi pauca quoq; anne ctam.

De duobus scripturarũ generibus

Duo sunt genera scripturarum. Primus genus est earum que ꝓprie artes appellantur. Secundũ est eaz que appendicia sunt artium Artes sunt que philosophie supponuntur id est que aliquam certaz ⁊ determinatã philosophie partẽ materiaz habẽt vt est grãmatica dyaletica ⁊ huiusmodi. Appendicia artium sunt que tantũ ad philosophiaz spectant id est que in aliqua extra philosophiaz materia versatur. Aliquando tamen quedam ab artibus discreta sparsim ⁊ confuse attingunt. Vel si simplex narratio est viaz ad philicam preparant. Huius modi sunt omnia poetarum carmina vt sunt tragedie comedie satire. Heroica quoq; ⁊ lirica et iambica ⁊ didascolica quedam fabule et hystorie. Illorũ quoq; scripta quos nunc philosophos appellare solemus qui ⁊ breuem materiam longis verborũ ambagibus extendere consueuerunt: ⁊ facilẽ sensũ perplexis sermonibus obscurare. Vel etiam diuersa simul compilantes quasi de diuersis coloribus ⁊ formis vnam picturam facere.

Nota q̃ tibi distinxi duo sũt artium appendicia: sed inter hec tanta mihi videtur esse distantia vt Virgilius ait in bucol. Lenta salix quãtum pallenti cedit oliue. ¶Puniceis humilis quantum saliunca rosetis: ita vt quicunq; ad scientiam pũgere cupit si relicta veritate artium reliquis se implicare voluerit: materiaz laboris vt ita dicã in infinitũ inueniet z fructũ exiguũ. Deniq; artes sine appendiciis suis perfectum facere lectorẽ possunt: illa sine artibus nil perfectionis conferre valẽt: maxime cum in se nil expetendum habeant. vnde lectorem inuitant: nisi traductum ab artibus accommodatuz: neq; quisq; in eis querat nisi quod artium est Quapropter mihi videt primum operã dandũ artibus esse vt sunt fundamẽta oim z vbi pura simplexq; veritas aperitur. Maxime his septem quas predixi que totius philosophie instrumenta sunt. Deinde cetera quoq; si vacat legantur: quia aliquando plus delectari solẽt seriis admixta ludicra z raritas preciosum facit bonuz sic i medio fabule cursim inuentam scientiaz auidius aliquando retinemus. Verũtamen in septem artibus liberalibus fundamentuz est: omnis doctrine que pre ceteris omnibus habende sunt ad manum vtpote sine quibus nil solet aut potest disciplina seu philosophia explicare z diffinire.

De coherẽtia artium

Ne quidem ita sibi coherẽt z alterius vicissim rõnibus indigent: vt si vel vna defuerit cetere philosophũ facere non possunt. Vnde mihi errare videur qui non considerantes talez in artibus coherentiam quasdam sibi ex his eligũt: z ceteris intactis in his se posse fieri perfectos putant.

Vnicuiq; arti quod suum est tribuendũ esse

Et rursus est aliuſ error: nō enim multo minor iſto quē ſumope vitare oportet. Sūt enim quedā qui licet ex his que legēda ſunt: nihil preter mittunt: nulli tamen arti qō ſuum eſt tribuere norūt: ſed in ſingulis legūt omnes. In grāmatica de ſylogiſmoruz rōne diſputat. In dyaletica caſuales inflectōes inquirūt Et quod magis irriſione dignum eſt in tytulo totū libz legunt z incipiunt: et tercia lectione vix expediunt: non alios docent huiuſmodi: ſed oſtentant ſuam ſcientiaz: ſed vt quales mihi tales oibus appareāt attende q̄ puerſa ſit hec conſuetudo cum profecto quanto magis ſuperflua aggregaueris tanto minus ea que vtilia ſunt cape poſſis vel retinere. In qualibet ergo arte duo nobis maxie diſcernēda ſunt z diſtinguēda. Primum q̄liter de ipſa arte agere oporteat. Secundum quomō oporteat ipſius artis rationes aliis quibuſlibet rebus accomodare. duo ſunt agere de arte: z agere per artem verbi gra. Agere de arte vt agere de grāmatica. Agere per artem agere grāmatice. Diſtingue hec duo: agere de grāmatica et agere grāmatice. De grāmatica agit qui regulas de vocibus datas z pcepta ad hanc artez ptinentia tractat. Grāmatice agit omnis qui regulariter loquitur vel ſcribit. Agere ergo de grāmatica quibuſdaz tantummodo ſcriptoribus vt priſtiano donato ſeruio conuenit. Agere vero grāmatice omnibus. Cum ergo de qualibet arte agimus maxime in docēdo vbi omnia ad compendium reſtringēda ſunt: z ad facilē intelligentiā enotanda ſuffi cere debet id de quo agitur quantū breuius z apertius poteſt explanari. Ne ſi alienas nimiū rationes implicauerimus magis trahamus: q̄ edificemus lectorem. Nō oīa dicenda ſunt que dicere poſſumus: ne minus vtiliter dicant ea q̄ dicere debemus Jo tandē in vnaqueq arte queras quod ad eam ſpecialiter conſtiterit. deinde cum legeris artes z quid vniuſ-

cuiusq; sit proprii cognoueris disputando ⁊ proferendo. Tunc demū rationes singularum inuicez proferre licebit: ⁊ ex altera psideratione vicissim que minus prius intellexeras iuestigare. noli multiplicare diuerticula quoad usq; semitas didiceris: securus discurres cū errare non timueris.

Quid sit necessarium studentibus

Tria sūt studētibus necessaria: nata exercicii disciplina In natura considerat vt facile audita pcipiat ⁊ pcepta firmiꝰ retineat. In exercicio vt labore ⁊ sedulitate naturalem sensū excolat. In disciplina vt laudabiter viues mores cū scientia cōponat. De his tribus per singula modum troductionis pauca perstringemus.

De introductione

Qui doctrine operam dant ingenio simul ⁊ mēoria polere debēt: que duo in omni studio ita sibi coherent vt si desit alterum: neminē alterz perfectū ducere possit sicut nulla prodesse possūt lucra vbi deest custodia: ⁊ incassū receptacula munit: q̄ quod recondat non habuerit: ingeniuz inuenit. Memoria custodit sapientiam. Ingeniū est vis quedam naturaliter animo insita per se valens. Ingeniū a natura pficitur: vsu iuuatur: in moderato labore retōditur: ⁊ temperato acuitur exercicio: vnde satis eleganter a quodaz dictum est. Volo tandē tibi parcas laborare in cartis curre per acra. Duo sūt que ingeniū exercent lectio et meditatio. Lectio cum ex his que scripta sunt regulis ⁊ preceptis informamur. Trimoduz est lectionis genus docentis et discentis ⁊ per se inspiciētis Dicimus enim lego librum illi: ⁊ lego librum ab illo: et lego libri. In lectione maxime cōsideranda sunt ordo ⁊ modus.

De ordine legendi

Ordo consideratur alius in disciplinis vt si dixerim grā maticā dyaleticā antiquiorē ⁊ arismetricā priorē musica Alius i libris vt si dixero catalinaz iugurtio esse priorē Alius in narratione que est in serie cōtinua. Alius in expositione. Ordo in disciplis attendit ꝑm naturā: in libris ꝑm psonaz auctoris vel subiectam materiā: in narratōe ꝑm dispositionē: que duplex est. Naturalis videlicet qñ res eo referūtur ordine quo geste sunt. Et artificialis scz quādo id quod postea factū est prius narrat: ⁊ qñ prius postmodū dr. In expositiōe ordo consideratur ꝑm inquisitionem. Expositio cōtinet tria literā sensū ⁊ sententiaz Litera est cōgrua dictionū ordinatio quam etiam constructionem vocamus. Sensus est facilis quedā ⁊ apta significatio que litera prima fronte profert. Sentēcia est profundior intelligentia que nisi expositione vel interpretatōe non inuenitur. In his ordo est vt primū litera: deinde sensus: ⁊ post sententia inquiratur: quo facto pfecta est expositio.

De modo legendi

Modus legendi in diuidēdo cōstat. Omnis diffinitio incipit a finitis ⁊ terminatur ad infinita Omne enī finitū magis notum est: et scientia comprehensibile. Doctrina aūt ab his que magis nota sunt incipit: ⁊ per eorum noticiam ad scientiaz eorū que latent pertingit. ¶Preterea rationez inuenimus: ad quē ptineat diuidere quando ab vniuersalibus ad pticularia diuidemus diuidendo: ⁊ singulorum naturas inuestigādo. Omne nāqz vniuersale magis est determinatū suis pticularibus. Quando ergo discimus ab his incipere debemus que magis sūt nota ⁊ determinata complectentiaqz: sicqz paulatim diuidēdo: ⁊ per diuisionez singula distinguendo eorum que in illis continentur naturam inuestigare.

De meditatione

Meditatio ē cogitatio frequens cum ꝯsilio que causā z originez modū et vtilitatē vniuscuiusqz rei prudēter inuestigat. Meditatio principium sumit a lectione: nullis tamen stringitur regulis aut preceptis lectōis. Delectat enim quodā apto decurrere spacio vbi liberalez contemplāde veritati acie assignat. z nunc has: nunc illas rerū causas pstringere: nunc aūt profunda queqz penetrare: nihil anceps nihil obscuruz reliquere. Principiuz ergo doctrine est in lectione consumatio in meditatione quā si quis familiaris amare didicerit eiqz sepius vacare voluerit: iocundā valde reddat vitam: z maximam in tribulatione perat consolationez. Ea enī maria est que aiaz a terrenoz actuum strepitu segregat: z in hac etiaz vita eterne quietis dulcedinē qō āmō pregustare facit: cuiqz iam per ea que facta sūt cū qui fecit oīa q̄rere didicerit et intelligere: tunc animum pariter z scientia erudit z letitia pfundit: vnde fit vt maximū sit in meditatione oblectamentū. Tria sunt meditationis genera. Unū ꝯsistit in circumspectione morum. Aliud in scrutatiōe mandatoz. Terciū in inuestigatiōe diuinorū operum. Mores sunt in viciis z virtutibus. Mandatum diuinuz aliud precipiens: aliud permittēs: aliud terrens. Opus dei est z quod creat potentia: z qō moderatur sapiētia: z quod cooperatur gratia que oīa q̄nta sunt āmiratione digna tanto magis quisqz nouit: quanto attentius dei mirabilia meditare consueuit.

De memoria

De memoria hoc maxime in presenti pretermittendum non esse estimo: quod sicut ingenium diuidendo inuestigando z inuenit: ita memoria colligendo custodit. Oportet ergo vt que discendo diuisimus cōmendata memorie colligamus. Colligē est ea de quibus plixius vel

scriptum vel disputatum est ad breuem quandam & cōpendiosaz summam redigere: que a maioribus epilogus id est breuis recapitulatio supradictoruz appellata est. Habet nanqz omnis tractatus aliquod principium: tota cui rei veritas & vis sententie innititur. Et ad ipsum cuncta alia referuntur. Hec querere & considerare colligere est. Unus fons est Et multi riuuli. Quid autez fluctus fluminuz sequeris tene fontem & totum habes: hec idcirco dico quoniaz memoria hominis hebes ē & breuitate gaudet. et si in multa diuiditur fit minor in singulis. Debemus ergo in oi doctrina breue aliquod & certum colligere quod in archa memorie recōdatur. Unō post modum cum res exigit reliqua diuinatur. Hoc etiaz sepe replicare & de ventre memorie ad palatum reuocare necesse est: ne lōga intermissione depereat Unde rogo te o lector ne nimium leteris si multa legeris: sed si multa intellexeris. Nec si tantum intellexeris: sed si retinere poteris. Alioquin nec legere multum prodest nec intelligere. Quare superius me dixi. Recolere eos qui doctrie operam dant memoria indigere.

Nota dicta aurea de modo studendi & humilitate.

De disciplia

Sapiens quidam cū de modo & forma discendi interrogaretur ait. Mens hūilis studium querendi vita quieta. Scrutinium tacitum: paupertas: terra aliena. Hec referare solent multis obscura legendo. Audierat puto qō dictum est: mores ornat scientiam. Et ideo preceptis legendis: preceptis quoqz viuendi adiungit. Et vt modū vite sue & studij sui rationez lector agnoscat. Laudabilis est scientia: quaz vita maculat impudica. Et idcirco summopere cauendum est ei qui querit scientiam. Ut non negligat disciplinam

De humilitate.

Folium cxxxvij

Principium autem discipline humilitas est. Cuius cum multa sint documenta. hec tria precipue ad lectorez pertinent. Primum est Ut nullam scientiam: nullaz scriptura vilem teneat. Secunduz vt a nemine quod discere erubescat. Multos hec decepit Quod ante tempus sapientes videri volunt. Hic nanqz in quandam tumoris elationem prorumpunt: Ut iam z simulare incipiant qō non sunt: z quod sunt erubescere: eoqz longius a sapientia recedunt. quo non esse sapientes: sed putari incipiunt Eiusmodi multos noui qui cum primis adhuc elementis indigeant. Non nisi summis interesse dignātur. z ex hoc solummodo se magnos fieri putant

Nota infrascripta

Si magnorum z sapientum vel scripta legerint vel audierint verba. Nos inquiūt vidimus illos: nos ab illis audiuimus. Sepe nobis illi loqui solebant. Illi summi: illi famosi cognouerunt nos: sz vtinam me nemo agnoscat: z ego cūcta nouerim. Platonem vidisse nō intellexisse gloriamini. puto indignum nobis esse deinceps. Ut me audiatis. Non ergo sum plato nec platonem videre merui. Sufficit vobis ipsuz philosophie fontem potastis. sz vtinā adhuc sitirent: rex post aurea pocula: de vase bibit testeo. Quid erubescitis platonem audistis: audiatis et Crispum. In prouerbio dicitur. Quod tu nō nosti: fortassis nouit asellus. Nemo est cui omnia scire datuz sit. Neqz quisqz rursum cui aliquid speciale a natura accepisse non contingerit. Prudens igitur lector omnes libenter audit Omnia legit: non scripturam non personā non doctrinam. cuiuscqz spernit: Indifferenter ab omnibus quod sibi deesse videt querit. non quantum sciat sz quantum ignoret considerat Hinc illud Platonicum aiunt. Malo aliena verecun

de discere ꝯm mea impudẽ
ter ingerere. Cur enim disce
re erubescis. ꝛ nescire vere
cundaris. ¶Pudor iste mai
or est illo. Aut quid summa
effectas Cum tu facias in
imo. considera pocius quid
vires tue ferre valeant. Ap
tissime incedit: qui incedit or
dinate quidam dum magnũ
saltum facere volunt: preci
picium incidunt. Noli ergo
festinare nimis. hoc modo ci
cius ad sapientiaz pertinges
Ab omnibus libenter disce:
Quid tu nescis Quia humi
litas cõmune facere tibi po
test: quod nature cuiꝯ pro
prium fecit. Sapientior om
nibus eris si ab omnibus di
scere volueris. qui ab omni
bus accipiunt: omnibus ditõ
res sunt. Nullam denigz sci
entiam vilem teneas. Quia
omnis sapiẽtia bona est. nul
lam si vacat scripturam sal
tem legere contempnas. Si
nil lucraris nec perdis ali
quid. Maxime cum nulla
scriptura ꝑm meam estima
tionem sit: que aliquid expe
tendum nõ proponat. Si cõ
uenienti loco ꝛ ordine tracte
tur: que non aliquid etiam
speciale habeat. Quod dili
gens verbi scrutator alibi nõ
inuentum'. Quanto rarius
tanto gracius carpat: Nihil
tamen bonum est quod me
lius tollit: Si omnia legere
non potes. Ea tamen que
vtiliora sunt lege. Etiam si
omnia legere potueris: non
tamen omnibus idem labor
impendendus est. Sed que
dam ita legenda sunt: vt nõ
sint incognita Quedam ne
sint inaudita. Et aliquando
pluris esse credimus. Que
non audiuimus. Et facilius
estimatur res cuius fructus
agnoscitur. Videre nunc po
tes ꝙ necessaria tibi sit hu
militas. Vt nullam scienti
am philipendas. Et ab om
nibus libenter discas. Simi
liter quoqz tibi expedit. Vt
cum tu aliquid sapere cepe
ris: ceteros non contemnas.
Hoc autez tumoris vicium
hinc quibusdam accidit. ꝙ
suam scientiam nimis dilige
ter inspiciunt. ꝛ cum sibi ali
quid esse visi fuerint. Alios
quos non nouerũt tales nec
esse nec fieri potuisse putãt

Hinc etiam euolit illud qđ nunc nugigeruli quidaz nescio⁹ vnde gloriantes priores partes arguũt simplicitatis. z secum natam z secũ moriturã sapientiam putant. in diuinis eloquijs ita simplicẽ loquendi modum esse aiunt Vt in eis magistros audire non oporteat. ſPosse satis quandoque proprio ingenio veritatis archana penetrare: corrugant nasum Et valgium torquent lectorem diuinitatis. Et nõ intelligũt q̃ deo iniuriam faciunt. Cuius verba quidam pulchro vocabulo simplicia. sed sesu prauo insipida predicant. nõ est mei consilij huiusmodi imitari. Bonus enim lector humilis debet esse z mansuetus: a curia manibus et voluptatum illecebris prorsus alienus. Diligens z sedulus: vt ab omnibus diligẽter discat Nunq̃ de scientia sua presumat: peruersi dogmatis auctores quasi venena fugiat. Diu rem pertractet anteq̃ dicat: non videri doctus sed esse querat. Dicta sapientum intelligat. In tellecta diligat: z ea semper coram oculis suis quasi vultus suis speculum tenere studeat. Et siqua forte obscuriora intellectu eius nõ admiserint: non statim in vituperium prorumpat vt nil bonuz esse credat nisi quod ipse intelligere possit. Hec est humilitas discipline legentium

De studio

querendi nec nõ de vita philosophorum

Studium querendi ad exercicium pertinet. In quo exhortatioe magis q̃ doctrina lector indiget. Qui enim inspicere diligenter voluerit: quid antiqui propter amorẽ sapientie pertulerint q̃ memorãda posteris virtutis sue monimenta reliquerint quã libet suam diligentiam inferiorem videbit. alij calcabãt honores. alij proiecerunt diuitias. Alij acceptis iniurijs gaudebant. Alij penas spreuerunt. Alij contubernia hominum deserentes vltimos recessus z secreta heremi penetrãtes: soli se philosophie dedicabãt: vt eo contempla

tioni magis vacarent Quo nulliſq; virtutis iter impedi re ſolent cupiditatis animuz ſubieciſſent.

Permeni des philoſophus.xv. annis in rupe egipcia conſediſſe le gitur. Et Promotheus ob immodicam meditandi cu ram in monte caucaſo vul turi expoſitus commemora tur. Quia enim ſciebant ve rum bonum: non in eſtima tione hominum: ſed in pura conſcientia eſſe abſconditu; Et eos iaz non homines ee qui rebus pituris inherétes bonum ſuum non agnoſce rent. Ideo quantum mente z intelligentia a ceteris dif ferrent ipſa locorum diſtan tia demonſtrabant Ne vna teneret habitatio quos non vna ſociabit intétio. Quidaz philoſopho dicebat. Nunqd non vides quia te deridem homines: z ille. Ipſi me in quit deridem: z eos aſini: co gita ſi potes quanti eſtima uerit laudari ab bijs a qui bus nec vituperari timuit. De alio rurſum legitur q poſt omnia diſciplinaz ſtu dia z artium cacumina Ad opus figuli deſcendit. Et al terius cuiuſdam diſcipuli cū magiſtrum ſuum laudibus efferrét. Inter cetera nec ſu torie picie diſciplina cum ca rere gloriati ſunt. Hanc er go diligentiam in noſtris le ctoribus eſſe vellem. vt nun q in eis ſeneſceret ſapientia Sola ab yſaac ſunamitis se nem dauid calefecit. Quia amor ſapientie etiam in are ſcente corpore dilectorem ſu um non deſerit. Omnes pe ne virtutes corporis mutan tur in ſenibus z creſcente ſo la ſapientia decreſcunt cete ra. Senectus enim illorum qui adoleſcentiam ſuam ho neſtis actibus inſtruxerunt: etate fit doctior: vſu triſtior: proceſſu temporis ſapiétior: Et veterum ſtudiorum dul ciſſimos fructus metit. Un de z ſapiens vir ille grecie demoſcées cum expletis ſeptuagintis ā nis ſe morituz cerneret dix iſſe fertur ſe dolere q agre deretur de vita quando ſa

pere cepisset

Plato

Lxxxj. annis scribens mortuus est. Et

Socrates

nonagintanouem annos in docendi scribendiq; dolore laboreq; compleuit. Taceo ceteros philosophos Pitagoram. Democritum. Zenocratem. Zenonem et Peleatem: qui iam etate longeua in sapientie studijs floruerūt

Ad poetas

venio

Homerum. Hesiodum. Simonidem. Terpicorum. qui grandes etate nescio quid. Sed solito diuinius vicina morte cecinerunt.

Sophocles

autem Cum post nimiaq; senectutem et rei familiaris negligentiam a filijs accusaretur amentie edippi fabulam quam nuper scripserat recitauit iudici. Et tantum sapientie in etate iam fracta specimen dedit. Ut seueritatez tribunalium in fauorez theatri conuerteret. Nec mirum cum etiaz Katho censorinus et romani generis disertissimus iam senex grecas discere litteras nō erubuerit nec desperauerit: certe homerus refert q; de lingua Nestoris vetuli et iam pene decrepiti dulcior melle oratio fluxerit Aurem igitur aduerte quantum amauerint sapientiam quos nec decrepita etas: ab eius inquisitione potuit ꝛuocare. Iste igitur tātus amor sapientie tāta in senibus prudentie habundantia cōgrue etiaz ex ipsius supradicti nominis interpretatione colligitur. Interpretatur enim ab ysaac Pater meus supfluus: vel patris mei rugitus. Ex quo ostenditur habundantissimum et vltra humanam vocem in senibus diuini sermonis tonitruum comorari. Verbum nanq; supfluum in hoc loco plenitudinem non redundantiam signat. Porro sunamitis in lingua nostra coccinea dicit. qō satis conuenienter feruorez sapientie significare potest.

De reliquis

quatuor preceptis

Quattuor que secuntur sic alternatim sunt disposita. vt alterum semper ad disciplinam pertineat. Reliquus ad exercicium spectet.

De quiete

Vite quies siue interior vt mēs per illicita desideria nō discurrat. Siue exterior. Vt ocium z oportunitas: honestis z vtilibus studijs suppetat: vtraqz ad disciplinam pertinet.

De scrutinio

Scrutinium autem id ē meditatio ad exercicium spectat. Videtur autem scrutinium sub studio querendi contineri. Quod si verum ē superflue reperitur. Cum in superiori parte anumeratum sit: Sed sciendū est hanc inter hec duo esse differentiam. Q3 studium querendi instātiam signat operis. Scrutinium vero meditationis diligētiam. Opus peragunt labor z amor. Consilium pariunt cura z vigilia. In labore ē: vt agas: in amore vt perficias. In cura vt prouidegs: in vigilia vt attendas. Iste sūt quatuor pedisseque que portant lecticam lectionem philosophie: quia mentem exercent cui sapientia presidet Cathedra philosophie sedes est sapientie. que bijs suppositis ducitur: quoniam in his exercendo se promouet. vnde pulcre iuuenes propt robur a fronte lecticam tenere dicuntur videlicet philos et cophos id est amor z labor: que foris opus peragunt Al posteriori puelle vidlicz philenne z agrimina quod interpretatur cura z vigilia quia intus in secreto consiliuz pariunt. Sunt quidam qui putant per kathedram philologie humanum corpus intelligi cui anima rationalis presidet: quam ministri quatuor portant: id est quattuor elementa componunt. Equibus duo superiora id est ignis z aer actu z nomine masculina sunt. Duo inferiora id est aqua z terra feminina sunt.

De paupertate

Paupertatem vero lectoribus suadere voluit id est superflua non sectari. Quod maxime ad disciplinam spectat. Pinguis enim venter vt dicitur tenuē non gignit sensum. Sed quid ad hoc scolares nostri temporis respondere potuerunt: qui non solū in studijs suis fragilitatem: sequi contempnunt. Sed etiam supra id quod sunt diuites videri laborant. Nec iaz quod didicerit quisq; iactat: sed quid expenderit. Sz fortassis quia magistros suos imitari volunt. De quibus quid satis digne dicam non inuenio.

De exilio

Postremo terra aliena posita est que z ipsa hominem quoq; exercet. Omnis mundus philosophantibus exilium est. Quia tamen vt quidam ait. Nescio qua natali solum dulcedine cunctos ducit z immemores non sinit esse sui. Magnum principium virtutis est: vt discat paulatī exercitatus animus. visibilia hec z transitoria primum cōmutare: vt postmodum possit derelinquere. Delicatus ille est adhuc cui prima dulcis est. Fortis autem cui iaz omne solum prima est. Perfectus vero cui mundus totus exilium est. ille mundo amorem finxit. Iste sparsit. hic extinxit. ego a puero exulaui. Et scio quo merore animus artum aliquando pauperis tugurij fundum deseruerat: qua libertate postea marmoreos lares z laquearia despexerat tecta.

Et sic finitur tercius liber incipit quartus Hugonis didascolicon de studio diuinarum scripturarum.

noui inquit litteraturaꝫ siue
negociationem introibo in
potentiam dei. Domine me
morabor iusticie tue solius:
deus docuisti me a iuuentu
te mea. Qui enim ad occu-
pationem scripturas vt Ita
dicam. ad afflictionem spiri
tus legit: non philosophatur
sed negociatur. Uix tam ve
hemens ꝛ indiscreta intentō
vicio superbie carere valet:
Quid enim de lectione sim
plicis pauli dicam: qui ante
implere legem voluit q̄ dis-
cere quod nobis profecto sa
tis exemplo potest esse: non
auditoꝛes neqꝫ lectoꝛes legis
Sed factoꝛes pocius iustos
esse ante deum. Considēran
dum preterea est. Sꝫ lectio

duobus modis animo fastidium ingerere solet ⁊ affligere spiritum: qualitate scilicet si obscurior fuerit: quātitate si prolixior extiterit. In quorum vtroq; magno moderamine vti oportet. vt quod ad refectionem quesitum est nō summatur ad suffocationez: Sunt qui omnia legere volunt tu noli contendere. Nihil tua interest: an nos omnes legeris libros. Infinitus est librorum numerus. Tu noli sequi infinita. Vbi finis non est: requies esse non potest. Vbi requies non est: Pax nulla est. Vbi pax nulla est: deus habitare non potest. in pace inquit prophēta factus est locus eius: ⁊ habitatio eius in syon. Sed in pace esse syon oportet. Sed pacez nō amittere Contemplare ⁊ occupari noli. Noli auarus ēe Audi salomonem. Audi sapientiam ⁊ disce prudentiaz fili mi inquit. Amplius bijs non requiras: Faciendi plures libros nullus ē finis. frequensq; meditatio carnis afflictio est. Vbi ergo est finis finem loquendi omnes pariter audiamus. Deum time ⁊ mādata eius obserua hoc est omnis homo.

De lectione incipientiuz ⁊ opere perfectorum

Nemo ne pro bijs que superius commemorauī estimet lectorum diligentiam reprehendere. Cum ergo pocius diligentes lectores ad ppositum hortari intendam Et eos qui libenter discunt laude dignos ostendere. Sz ibi locutus sum eruditis. Nunc autem eruiendis ⁊ doctrinam qui principium est discipline inchoantibus. Illis studium virtutum. Istis vero exercicium lectionis propositum est: sic tamen vt nec bij virtute careāt. nec illi prius lectionem omittant. Nā sepe minus peruidum est opus quod nō precedit lectio ⁊ doctrina minus vtilis quā non sequitur bona operatio Oportet autez summopere ⁊ illos cauere: ne forte ad ea

que retro sunt aspiciant. Et illos solari: si vbi illi sunt: quā doqz peruenire desiderant. vtrosqz ergo excèeri z vtros qz promoueri conuenit. Nemo retro abeat ascèdere licz sed non descendere. Si vero nec duz ascendere potes sta in loco tuo liber a culpa. nō est qui alienum vsurpat offi ciuz. Si monachus es quid facis in turba. Si amas silē cium cur clamantibus assi due interesse delectas. Tu semper ieiunijs z fletibus in sistere debes z si tu philoso phari queris simplicitas mo nachi philosophia eius est: Sed docere inquis alios vo lo. Non est tuum docere sed plangere. Si tamen doctor esse desideras: audi quid fa cias. Utilitas habitus tui: et simplicitas vultus innocen tia vite z sanctitas conuersa tionis tue docere debz homi nes. Melius fugiendo mu dum doces q̄ sequendo. Sz adhuc forte prosequeris Et quid inquiens. Nonne saltē si volo discere mihi licet. Su pra dixi tibi lege z occupari noli. Exercicium tibi potest esse lectio: sed non propositum. Doctrina bona est sed incipientium est. Tu vero te perfectum forte permiseras. Et ideo tibi non sufficit Si incipiētibus coequaris plus aliquid te facere oportet. cō sidera ergo vbi sis. z quid a gere debeas facile agnoscas

De quatuor gradibus exercicij spiritalis

Quatuor sunt in quibus nūc exerceur vita iustorum Et quasi per quosdam gradus ad futuram perfectionez sub leuatur. Videlicz lectio siue doctrina: meditatio: oratio z operatio. Quinta deniqz se quitur contemplatio in qua quasi quodam precedentiuz fructu in hac vita etiam que sit boni operis merces futu ra pregustatur: Unde psal mista cum de iuditijs dei lo

querētur commendans ea statim subiungit. In cultoribus illis est retributō multa. De hijs quinq; gradibus ¶Primus gradus id est lectio incipientium est. Suprenius id est contemplatio perfectorum. Et de medijs quidem. Quanto plures qs ascendit tanto perfectior erit Verbi gratia ¶Prima lectō intelligentiam dat Secunda meditatio consilium prestat. Tercia oratio petit. Quarta operatio querit. Quinta cōtemplatio inuenit. Si ergo legis z intelligentiaz habes z noscis quid faciendum sit initium boni est. Sed adhuc tibi non sufficit: nondum perfectus es. Scāde itaq; in arcem consilij z meditare qualiter implere valeas: quod faciendum esse didicisti: multi enim scientiam habent sed pauci sunt qui nouerūt qualiter scire oporteant. Rursuz quoniam consilium hominis sine diuino auxilio infirmum est z inefficax ¶Ad orationem erigere z eius adiutorium petere sine quo nullum potes facere bonum. videlicet vt ipsius gratiaz que preuemendo te illuminauit: Subsequendo etiam pedes tuos dirigat in viam pacis. Et quod in sola adhuc voluntate est: ad effectum perducat bone operationis. Bene restat tibi: Vt ad bonum opus attingaris vt quod orando petis: operando accipere merearis. Tecum vult operari deus: nō cogeris sed iuuaris. Si solus tu nil proficis. Si solus deus operatur nil mereris. Operetur ergo deus vt pocius opereris et tu vt aliquid merearis. Via est operatio bona Qua itur ad vitam. Qui viam hanc currit vitam querit. Confortare z viriliter age. ¶Habet hec via premium suum quotiens eius laboribus fatigati superni respectus gratia illustramur: gustantes z videntes quoniam suauis est dominus. Sicq; fit quod supra dictum est quod oratio querit contemplatio inuenit. Videndes ergo quomodo per hos gradus ascendētibus pfectō occurrit vt qui infra remanserit perfectus esse nō possit

Propositus ergo nobis debet esse semper ascendere: q̄ quoniam tanta est mutabilitas vite nostre vt in eadem stare non possumus. Logimur sepe ad transacta respicere. Et ne amittamus illud in quo sumus. Repetimus quandoq; quod transmittimus. Verbi gratia. Qui in opere strenuus est: orat ne deficiat: qui precibus insistit ne orando offendat meditat quid orandum sit. Et qui aliquando in proprio consilio minus confidit: lectionem cōsulit & sic euenit. Ut cum ascendere semper nobis sit voluntas. descendere tamen aliquando tāq̄ nos cogat necessitas: ita tamen vt in volūtate non necessitate propositum nostrum consistat. Q; ascendimus propositum est. q̄ descendimus propter propositum. Non hoc ergo sed illud principale debz esse

De tribus generibus le gentium

Satis vt puto manifeste demonstratum est perfectis et aliquid amplius de s̄ promittentibus non idem esse propositum cum incipientibus. Sed sicut illis aliquid licite conceditur quod isti sine culpa minime agere possūt. ita etiam ab istis aliquid requiri quo illi nondum obligati sunt. Nūc igitur ad p̄missa soluenda redeo: vt videlicet ostendam qualiter eis diuina scriptura legenda sit qui adhuc in ea solum querant scientiaz. Sunt nonnulli qui diuine scripture sapientiam appetunt. vt vel diuitias augerent vel honores obtineant: vel famam acquirant. Quorum intentio quantum peruersa tantum est miseranda. Sunt rursum alij quos audire verba dei & opera eius discere delectant. Non quia salutifera sed quia mirabilia sunt. scrutari archana & mādata cognoscere volunt: multa scire & nihil facere. Vnum mirantur potentiam: qui non amat misericordiaz Nos ergo quid aliud agere dicam q̄ preconia diuina in

fabulas cõmulas: sic theatra libus ludis: sic obscenis carminibus intendere solemus vt scz auditũ pascamus non animum: huiusmodi tamen non tam confundi q̃ admirari oportere censeo: quorũ voluntas nõ vtiqz maligna est sed improuida. Alij vero idcirco sacram scripturaz legunt vt ẏm apostoli preceptum parati sunt omni poscenti reddere rationẽ de ea fide in qua positi sunt vt videlicet inimicos veritatis foꝛtiter destruant: minus eruditos doceant: ipsius veritatis perfectius viam agnoscant. Et altius dei secreta intelligentes arcius ament: quoꝛ nimirum deuotio laudanda est z imitatiõe digna. Tria ergo sunt genera hominum sacram scripturam legentiũ Quorum primi quidem miserandi sunt. Secundi iuuãdi. Tercij vero laudãdi. nos autem quia omnibus consulere intendimus: z qõ peruersum cõmutari: omnes intelligere volumus que dicimus: omnes facere qõ hoꝛtamur.

Explicit Quintus

Incipit didascolicon: sextus liber Hugonis

Uo tibi lector ordinem scz z modum propono que si diligenter inspexeris: facile tibi iter legendi patebit. In hoꝛũ vero consideratione nec omnia ingenio tuo relinquam: neqz per meam diligentiaz satis fieri tibi promitto. Sed sic quidẽ breuiter prelibãdo transcurram vt z posita aliq̃ quibus erudieris: z aliq̃ pretermissa quibus exerceaꝛis inuenias Ordinez legendi quadꝛiuariũ esse supra cõmemoꝛaui Alium in disciplinis: alium in libꝛis: alium in narratiõe: alium in expositione: que q̃liter in diuina scriptura assignandi sunt nondũ ostendi.

De ordine qui est in disciplinis

Primū ergo hunc ordinez qui queritur in disciplinis. Inter hystoriam allegoriaz tropologiam diuinū lectorē cōsiderare oportet: que hoz alia legendi ordie precedāt. In quo illud ad memoriaz reuocare non est inutile qō in edificiis fieri conspicitur. Vbi primum quidem fundamentum ponitur: deinde fabrica superedificatur. Ad vltimum consūmato opere domus colore supducto vestitur. Sic nimirum in doctrina fieri oportet vt videlicet prius hystoriam discas id est rerum gestarum veritatem a principio repetens vsqz ad finem quid gestum sit: quomodo gestū sit: a quibus gestum sit: vbi gestum sit diligenter memorie commendes. Hec enim quatuor precipue in hystoria requirenda sunt persona negociū tempus locus. Neqz ego te perfecte subtilem posse fieri puto in allegoria nisi prius fundatus fueris in hystoria. Noli contemnere minima hec. Paulatim defluit qui minima contemnit. Si prio alphabetum discere contempsisses nunc inter grāmaticos tantum nomē haberes. Scio quosdaz esse qui stati philosophari volūt: fabulas pseudo apostolis relinquendas aiunt: quorum scientia forme asini similis est. Noli huiusmōi imitari. Paruis imbutus temptabis grādia tutus. ego tibi affirmare audeo: me nihil vnq̄ quod ad eruditionem pertineret contempsisse: sed multa sepe didicisse que aliis ioco aut deliramento similia viderētur. Memini me dum adhuc scolaris essem elaborasse vt omnium rerum oculis subiectarum: aut in vsum veniendi vocabula scirem: perpendens libere rerū naturā illum prosequi nō posse qui

earundem noia adhuc ignoraret. quotiens sophismatū meorum que grata breuitatis vna vel duabus in pagina dictionibus signauerā a memetipso cottidianū exegi debitum vt etiam sententiarum questionum z opinionum fere omnium quas didiceram z solutiones memoriter tenerem z numerū causas sepe informari z dispositis ad inuicem controuersiis quod rethoris: quod oratoris: quod sophiste officium esset diligēter distinxi: calculos in numerum posui z nigris carbonibus pauimentum depinxi: z ipso exemplo oculis subiecto que ambligonij: que ortogonij: que oxigonij differentia cēt demonstraui patēter. Vtrū ne quadratum equilaterum duobus in se lateribus multiplicatis embadū impleret vtrobiqz pcurrentes podismo didici sepe nocturnus. Hiroscopus ad biberna pernigil excubaui. Sepe ad lignum protensum in ligno magada ducere solebam: et vt vocum differentiaz aure perciperem: z animum pariter meli dulcedine oblectarem. Hec puerilia quidem fuerant: sed tamen non inutilia: neqz ea nunc scire stomachum meū onerat. Hec aūt non tibi replico vt meā scientiam que vel nulla vel parua est iacticen. Sed vt ostendaz tibi illum incedere aptissime qui incedit ordinate. Neqz vt quidam qui dum magnum saltuz facere volunt precipicium incidūt. sicut in virtutibus: sic in scientiis quidam gradus sunt Sed dicis: multa inuenio in hystoriis que nullius videntur esse vtilitatis q̄re in huiusmodi occupabor bene dicis. Multa siquidem sunt in scripturis que in se considerata nihil expetendū habere videntur: que tamen si aliis quibus coherent comparaueris: z in toto suo trutinare ceperis: necessaria pariter z competentia esse videbis. Alia enim propter se scienda sunt. Alia autem q̄ vis propter se non videātur nostro labore digna: quia tamen sine ipsis illa enucleate

sciri nō possunt: nullatenus debent negligenter preteriri omnia disce: videbis postea nihil esse superfluum: coartata scientia iocunda nō est De libris autez qui ad hāc lectionem vtiles sint: si quid mihi videatur queris. Nos magis frequentandos estimo Genesim Exodum Josue Libri iudicum z regum et paralipomenon. Noui testamenti quatuor euāgelia. deinde actus apostolorum. Ni vndecim magis ad hystoriā mihi videntur pertinere: exceptis his quos hystoriographos proprie appellamus. Si tamen huius vocabuli significatione cōmunius vtimur nullū est inconueniens vt scz hystoriā esse dicamus non tantum rerum gestarū narrationez: sed illam primā significationē cuiuslibet narrationis que sm verborum proprietatem est: sm quam acceptionez omnes vtriusqz testamēti libros ordine quo supra enumerati sūt: ad hāc lectionē sm literalez sensum ptinere puto: z fortasse nisi puerile videretur i hoc loco aliqua de modo cōstruendi precepta interponerez: quia noui diuinam scripturā magis ceteris omnibus i textu suo esse conscissam: quibus tamen idcirco supsedere volo: ne nimia propositum interpositione extendam. Sūt quedam loca in diuina pagina que sm literā legi non possunt que magna discretione discernere oportet ne per negligentiaz aliqua pretereamus: aut per importunam diligentiaz ad id ad qđ scripta non sunt violenter intorqueamus. hoc est ergo o lector quod tibi pponimus Hic campus tui laboris vomere bene sulcatus multiplicem tibi fructum refert. Ordine cūcta gesta sunt: ordie incede: per vmbram venitur ad corporis figuram: disce z inuenies veritatez. Nec hoc ideo dico vt prius veteris testamenti figuras labores euoluere z mistica dicta scruteris: priusqđ ad euāgelij fluenta potāda accedas: sed sic vides qđ ois edificatio fundamento carēs stabilis esse nō potest: sic est in doctrina

Fundamentum aũt z prin-
cipium sacre scripture hysto
ria est de qua quasi mel de
fauo veritas allegorie expri
mitur. Edificaꝰs ergo prio
fundamentuz hystorie pone
deinde per significationem
tipicã in arcem fidei fabricã
mentis erige. Ad extremuz
vero per mortalitatis grãm
quasi pulcerrimo supducto
colore edificium pinge:ha-
bes i hystoria quo dei facta
miraris:in allegoria vt eius
sacramenta credas:in mor-
talitate quomodo eius per-
fectionẽ imiteris. Lege ergo
z disce:quia in pricipio fecit
deus celum z terraz. Lege
qz in principio plantauit pa
radisum voluptatis: in quo
posuit hominem quem for-
mauerat:peccantem expulit
et in erumnas huius seculi
deiecit. Lege q̃liter ab vno
homie vniuersa humani ge
neris propago descenderit:
qualiter deinde peccãtes vn
da obruerit:q̃liter noe iustũ
cũ filiis suis in mediis aquis
diuina clementia seruauit:q̃
liter deinde abrahaam fidei
signaculum suscepit. ¶Post
vero israhel in egiptum de-
scendit. Quomodo deinde
deus filios israhel de egipto
in manu moysi z aaron per
mare rubrum eduxit:in de-
serto pauit: legem dedit: in
terra promissionis locauit.:
Qualiter sepe peccantes in
manus inimicorum suorum
tradidit:et rursum penitẽtes
liberauit: quomodo primuz
per iudices postea p reges
populum rexit dauid seruũ
suum deposit setãtes accepit
Salomonem sapientia illu
strauit. Ezechie flenti quin-
decim annos addidit. De-
hinc preuaricantem populũ
captiuum in babilonem per
manũ nabuchodonosor mi
sit post septuagĩta ãnos per
cirum reduxit. Ad extremũ
vero mutante iam seculo fi
lium in carnem misit:vitam
eternaz penitentibus mis
in munduz vniuersum apo
stolis promisit. Venturum
se in fine seculorum ad iudi
candum predixit. Reddere
vnicuiqz ꝓm opera sua pec-
catoribus videlicet ignem e
ternum:iustis autem vitam
eternaz z regnum cuius nõ

erit finis. Vide quia exquo mundus cepit vsqz in fines seculorum non deficiunt miserationes domini.

De allegoria

Post lectionē hystorie superest allegoriaruz misteria inuestigare: vbi mea exhortatione opus esse non puto cum ipsa res per se satis digna appareat: nosse tamen volo o lector hoc studiū nō tardos et ebetes sensus: sed mata expetere ingenia que sic inuestigando subtilitatez teneant vt in discernēdo prudentiam non amittant. Solidus cibus ē iste z nisi masticetur transglutiri non pōt Tali ergo moderamine vti te oportet vt dū in querēdo subtilis fueris: in presumēdo temerarius non inueniaris. recolens quod ait ℣ Psalm. Arcum suum tetendit z parauit illum: et in eo parauit vasa mortis ℣ Deministi vt estimo supra me diuinā scripturam edificio similem dixisse: vbi primū fundamēto posito structura leuatur. plane edificio similis est: nam z ipsa structuram habet. ℣ Nō ergo pigeat si hanc similitudinem paulo diligentius ꝓ sequamur. Respice opus cementarij collocato fundamento lineam extendit: z in recto perpendiculuz dimittit Ac deinceps lapides diligēter politos in ordine ponit: alios deinde atqz alios q̄rit: z si forte aliquos prime dispositionis non respondētes inuenerit accipit limam pre minētia precidit: aspera planat: informia ad formam reducit: sicqz deide reliquis in ordinem dispositis adiungit Si vero aliquos tales inuenerit q̄ nec cōminui possint nec coaptari eos non assumit ne forte dum silicem cōminuere laborat limaz frangit. Intēde: rem tibi ꝓposui

intuentibus contemptibilez
sed intelligentibus imitatõe
dignaz: fundamentũ in terra
est nisi semper politos lapi=
des habet: fabrica desuper
terram z equalez structurã
querit: sic diuina scriptura
multa ꝓ literalem sensum
ꝓtinet que z sibi repugnare
videntur: z nonnunq̃ absur
ditatis aliquid afferre. Spi
ritualis autem intelligentia
nullam admittit repugnan=
tiaz: in diuersa multa aduer
sa nulla esse possunt. q̃ etiã
primaz seriem lapidum sup
fundamentum collocandoz
ad protensaz lineam dispoñi
vides quibus scz totũ opus
reliquuz imitatur z coaptat̃
significatione non caret: naz
hoc q̃si aliud fundamentum
é z totius fabrice basis: hoc
fundamentum z portat sup
posita: z a priori fundaméto
portatur: primo fundaméto
insidiantur omnia: sed non
omni modo coaptãtur: huic
z insident et coaptantur re=
liqua: primum fabricam por
tant: et est sub fabrica. Hec
fabricaz portat z est nõ solũ
sub fabrica sed z in fabrica:
quod sub terra est fundamẽ
tum figurare diximus. Hy=
storiam fabricam que super
edificatur allegoriam insinu
are: vnde z ipsa basis fabri
ce huius ad allegoriam per
tinere debet. Multis ordi=
nibus ꝓsurgit fabrica: z quis
q̃ suaz basem habet: z mul
ta sacramenta in diuina pa
gina continẽtur que singula
sua habent principia. Vis
scire q̃ sint ordines isti. Pri
mus ordo est sacramentum
trinitatis: quia z hec scripᵗ̃a
continet quod ante omnem
creaturã trinus z vnus fuit
deus. Hic de nihilo omnem
creaturam fecit visibilem et
invisibilez: ecce secundus or
do: rationali creature liberũ
dedit arbitrium: et gratiam
preparauit vt eternam me=
reri posset beatitudinem: de
inde sponte labẽtes puniuit
z psistentes vt ampliꝰ labi
non possent cõfirmauit: que
origo peccati quid peccatũ
sit: z que peccati pena: ecce
tercius ordo que sacramen
ta primuz sub naturali lege
ad reparationez hominis in
stituit: ecce quartus ordo.

Sacramentū incarnationis verbi: ecce quintus ordo. Sacramentum noui testamēti: ecce sextus ordo. Ipsius de niq; resurrectionis: ecce septimus ordo. Hec ē tota diuinitas: hec ē illa spiritualis fabrica que quot continet sacramenta tot q̄si ordinibus constructa in altū extollitur Alis etiaz ipsas bases agnoscere. Bases ordinum sunt ipsa principia sacramentoz ecce ad lectionez veniſti: spirituale edificiū edificaturus Jam hystorie fundamenta in te locata sunt. Restat tibi nūc ipsius fabrice bases fundare lineaz tendis ponis examussim quadros in ordie collocas: z circūgirans quedam murorū vestigia figis. Linea protensa recte fidei trames est. Item spiritualis operis bases quedam principia fidei sunt quibus inicias. Debet siquidem prudens lector curare vt anteq̄ spaciosa librorum volumina prosequatur sic de singulis que magis ad propositum et professionem vere fidei pertinent instructus sit vt quecunq; postmodum inuenerit tute supedificare possit. vix enim in tanto librorum pelago z multiplicibus sententiarum anfractibus que et numero z obscuritate animum legentis sepe confundunt aliquid inde colligere poterit qui prius summatim in vnoquoq; vt ita dicaz genere aliquod certum principium firma fide subnixum: ad quod cuncta referantur non agnouit. Alis vt te doceam qualiter fieri debeant bases iste: respice ad ea que paulo ante enumeraui. Est aūt sacramentum trinitatis multi iam de illo libri facti sunt: multe date sentēcie difficiles ad intelligendum: et proplexe ad soluendum: longum tibi z onerosum est ad huc oēs prosequi cū multa fortassis inuenias in quibus magis trabaris q̄p edificeris noli instare: sic nūq̄p ad finē venies. Discе prius breuit z dilucide quid tenendum sit de fide trinitatis: quid sane profiteri z veraciter credere debeas. Cum autez postea legere cepis libros: z multa

obscure: multa aperte & multa ambigue scripta inueneris que aperta inueneris adunge base sue. si forte conueniant que ambigua sunt: ita interpretare: vt non discordent. Que vero sunt obscura resera si potes. quid si intellectum eorum penetrare non potes transi nedum presumere conaris q̄ nō sufficis periculum erroris icurras. Noli contemnere ea ꝙ potius venerare quia audisti quod scriptum est. Posuit tenebras latibulum suum: q̄ si aliquid etiaz inueneris cōtrarium illi quod tu iam firmissime fide tenendum esse didicisti. Non tamen expedit tibi quotidie mutare sententiam. nisi prius doctiores te consulueris & maxie quid fides vniuersalis: que nunq̄ falsa esse potest. Unde iubeat sentiri agnoueris. Sic de sacramento altaris. Sic de sacramento baptismatis: cōfirmationis: coniugij & omnibus que tibi supra enumerata sunt facere debes. Uides multos scripturas legentes: quia fundamentum veritatis non habent. in errores varios labi. Et totiens fere mutare sententiam quot legunt lectiones. Rursum alios vides qui secundum illaz veritatis agnitionem qua intus firmati sunt: q̄slibet scripturas ad congruas interpretationes flectere nouerunt & quid a fide sana discordet: quid conueniat iudicare. In ezechiele legis: q̄ rote animalia sequuntur: non animalia rotas. Cuz ambularent inquit animalia: ambulabant & rote iuxta ea. Et cuz eleuarentur animalia de terra. elcuabantur simul & rote. Sanctorum quippe mentes quanti virtutibus & scientia proficiunt: tanta sanctarum scripturarum archana profunda ée conspiciunt. Ut que simplicibus & adhuc stantibus in terram iacere videbantur. erectis sublimes appareant. Nam sequitur. Quocunqz ibat spiritus illuc eunte spiritu & rote pariter leuabantur sequentes eum. Spiritus enim vite erat in rotis: Uides quomodo rote hec animalia sequuntur: & secū

spiritum. Rursum alibi dicitur. Littera occidit: spiritus autem viuificat: quia nimiꝝ oportet diuinum lectorez spiritualis intelligentie veritate esse soli datum. vt earum litterarum apices: que z peruerse nonnunꝗ intelligi possunt ad quelibet diuerticula non inclinet quare antiquus ille populus qui legem vite acceperat reprobatus est: nisi quia sic solam litteram occidentem secutus est vt spiritum viuificantem non haberet. Hec vero non ideo dico vt quibuslibet ad volūtatem suam interpretandi scripturas occasione prebeam. Sz vt ostendam cum qui solam sequitur litteram diu sine errore non posse incedere. oportet ergo vt sic sequamur litteram ne nostrum sensum diuinis auctoribus preferamus z sic non sequamur vt in ea totum veritatis iudicium pendere credamus: non litteratus: sed spiritualis omnia diiudicat. Vt ergo secure possis iudicare litteram: non de tuo sensu presumere sed eruiri prius z informari oportet. z quasi quandam inconcusse veritatis basem: Cui tota fabrica innitatur fū dare neqz a teipso eruditre p̄ summas. Ne forte duz te introducere putas magis seducas. A doctoribus z sapientibus hec introductio querē da est. Qui auctoritatibus sanctorum patruz z testimonijs scripturarum eam tibi prout opus est. Et facere et aperire possint. Cumqz iam introductus fueris testimonijs scripturarum legendo: singula que docuerunt confirmare sic mihi videtur: cui me in hoc imitari placuerit. Libens accipio. Cui visum fuerit non ita oportere fieri: faciat quid placuerit non cōtendo. Scio enim plures hūc modum in discendo non seruare. Sed quomodo quidez proficiunt rursus ignoro. Si queris Qui libri magis ad hanc lectionem valeant ego puto principium geneſis de operibus sex dierum. Tres vltimos libros Moysi. de legalibus sacramentis. Ysai am principium z finem eze chielis. Job. Psalterium,

Cantica canticorum. Duo precipue euangelia scz mathei z Johannis Epistolas pauli. Canonicas epistolas z apocalipsim: precipue epistolas pauli que etiam ipso numero designant vtriusqz testamenti perfectionem i se continere.

De tropologia idē moralitate

De tropologia nihil aliud i presenti dicam quam quod superius dictum est. Excepto quod ad eam magis rerū vocum significatio pertinere videtur. In illa naturalis iusticia est. Ex qua disciplina morum nostrorum id est positiua iusticia nascitur contemplando quid fecerit deus. quid nobis faciendum sit cognoscimus. Omnis natura hominem docet. Omnis natura rationem parit: Et nihil in vniuersitate insecundum est

De ordine litterarum:

Non idem ordo librorum in historiaca z allegorica lectone seruandus ē. Historia ordinem temporis sequitur. ad allegoriam magis pertinet: ordo cognitionis. Quia siē supra dictum est. Doctrina semper non ab obscuris sed apertis etiam z ab bijs que magis nota sunt exordium summere debet. Unde consequēs est: vt nouuz testamētum in quo manifesta predicatur veritas in hac lectione veteri preponatur: vbi eadez veritas figuris adumbrata est occulte pronunciatur: eadem vtrobiqz veritas sed ibi est occulta hic manifesta: ibi promissa: ibi exhibita. Audistis cum legeretur in apocalipsi. Quia signatus erat liber z nemo inueniri poterat qui solueret signacula eius: nisi leo de tribu iuda Signata autem lex Signate erant pphetie. qz occulte tēpe vēture redēptiōis pnunciabāt

Nonne tibi ille liber signatus esse videtur qui dixit.ecce virgo concipiet z pariet filium:z vocabis nomen eius emanuel Et alias Tu inquit bethleem: Effeta parvulus es z in milibus iuda Ex te enim egredietur qui sit dominator in israel:egressus eius ab initio a diebus eternitatis.Et psalmista.Nūquit syon dicet homo.z homo natus est in ea ipse erit altissimus. Et rursus domini exitus exitus mortis. Et iterum dixit dominus domino meo sede a dextris meis Et post pauca de eodem.tecum principium in die virtutis tue:in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.Et Danielis Aspiciebat in visione noctis z ecce in nubibus celi filius hominis veniet. Et vsqz ad antiquum dierum perueniebat.Et dedit ei potestatem honorem z regnum:z omnes populi tribus z lingue ipsi seruient Potestas eius potestas eterna:que non auferetur.Quis puta.Nec antecp implerentur intelligere poterat soluere signacula nisi de tribu iuda.Venit ergo filius dei z induit nostrā naturam:Natus est de virgie:Crucifixus.Sepultus. Resurrexit.Ascendit ad celos z implendo que promissa erant:aperuit que latebant. lego in euangelio cp angelus Gabriel ad mariam virginem mittitur parituram pronunciat.recordor prophetie que dicit.Ecce virgo concipiet.Et lege quia cum esset Joseph in bethleem cū maria vxore sua pregnante venit tempus eius pariendi et peperit filium primogenitus quem angelus predixerat signaturum in throno dauid patris sui.Recordor prophetie.Bethleem effreta parvulus es in milibus iuda ex te eniz egredietur qui sit dominator in israel.Lege rursum.In principio erat verbum Et verbum erat apud deum:z deus erat verbum. Recordabor prophetie que dicit.Egressus eius ab initō a diebus eternitatis. Lego Verbum caro factum est z habitabit in nobis z ne forte

Folium

singula prosequendo fastidi
um tibi faciam: nisi prius na
tiuitate christi predicationez
passionem: resurrectionem:
atqz ascensionem. Et cetera
que in carne z per carnem
gessit agnoueris verum fi
gurarum misteria penetra=
re non valebis

De ordine narrationis

De ordine narrationis illō
maxime hoc loco considerā
dum est. qꝑ diuine pagine te
xtus nec naturalem semper
nec continuum loquendi or
dinem seruat. Quia z sepe
posteriora prioribus antepo
nit. Sicut cuz aliqua enume
rauerit subito ad superiora:
quasi subsequentia narrans
sermo recurrat. Sepe etiam
ea que longo distant inter=
uallo: quasi mox sibi succe=
dentia connectit: vt videatur
nullum diuisuxisse spacium
temporis illa que non discer
nit vllum interualluz sermo
nis.

De ordine

clis expositionis

Expositio tria continet: litte
ram: sensum z sententiā. In
omni narratione littera est.
Nam ipse voces: etiam litte
re sunt. Sed sensus z senten
tia non in omni narratione
simul inueniuntur. Quedaz
habet litteram z sensum tan
tum. Quedam litteraz z sen
tentiam tantum. Quedam
omnia simul hec tria conti=
net. Omnis autem narratio
ad minus duo debet habere
Illa vero narratio litteram
z sensum tantum habet vt ꝑ
ipsam prolationem sic aper
te aliquid significabitur. Vt
nihil aliud relinquatur sub ī
telligendum. Illa vero litte
ram z sententiam tantū ha
bet. vbi ex sola pronunciatō
ne nihil concipere potest au
ditor nisi addatur expositio:
Illa sensum z sententiaz ha
bet. vt z aperte aliquid signi
ficatur: z aliquid aliud subi
telligendū relinquitur quod
expositione aperitur

De littera

Littera aliquando perfecta est quando ad significandum id quod dicitur nihil preter ea que posita sunt vel addere vel minuere oportet Ut omnis sapientia a deo ē: aliquando imminuta est: quando subaudiendum aliquid ī linquitur. vt senior electe domine. Aliquando superflua quando vel propter inculcationem vel longam interpretationem idem repetitur vt aliquid non necessarium adiungitur: ut paulus in fine epistole ad romanos dicit. Ei autem et postea multis interpositis infert cui est honor et gloria. Aliud hic superfluum esse videtur. Superfluum dico id est non necessarium ad enunciationem faciendā: aliquando talis est littera vt nisi in aliam resoluatur nihil significare: Vel incongrua esse videatur: vt est illud: Dominus in celo sedes eius. id est sedes domini in celo. Et filij hominum dentes eorum arma et sagitte. id est filiorū hominum dentes. Et homo sicut fenum dies eius id est dies hominis. Nominatiuus scilicet nominis et genitiuus pronominis pro vno genitiuo nominis positi. Et multa alia. Similiter ad litteram cōstructio et continuatio pertinet.

De sensu

Sensus alius congruus alius incongruus. Incongruus alius incredibilis Alius impossibilis alius absurdus alius falsus. Multa huiusmodi inuenies in scripturis: Vt illud. Comederunt Jacob et illud sub quo curant. Hij qui portant orbem. Et illud. Elegit suspendium anima mea: et multa alia. Sunt loca quedam in diuina scriptura vbi licet sit aperta verborum significatio. Nullus tamen sensus videtur. Vel propter inusitatum modum loquēdi siue propter aliquā circumstantiam que legentis intelligentiam impedit vt est verbi gratia illud quod dicit Ysaias. Apprehendent septem mulieres virum vnū in die illa dicentes Panem nostrum comedemus et ve-

stimentis nostris operiemur Tantummodo inuocetur super nos nomen tuum. ¶Plana sunt et aperta verba. Intelligis satis. Apprehendent septem mulieres virum vnū Intelligis panem nostrum comedemus. Intelligis vestimentis nostris operiemur Intelligis tantummodo inuocetur nomen super nos: Intelligis. Auser obprobrium nostrum. Sed fortasse quid hoc totum significare simul: velit intelligere nō potes quid dicere voluerit propheta. Bonum promiserit: an malum minatus fuerit ignoras. Unde euenit vt spiritualiter tantum intelligendum credas q̄ qualiter ad litteram dictum sit: nō vides Dices ergo septem mulieres septem dona esse spiritus sancti qui vnum virum apprehendunt id est christū in hoc omnem plenitudinez gratie placuit inhabitare: q̄ ipse solus sine mensura spiritum accepit. qui solus caruz aufert obprobrium vt inueniat in quo requiescat nullo alio viuente Ut sancti dona poscebāt. Ecce spiritualiter interpretatus es. Et quid sit ad litteram non intelligis. ¶Potuit tamen propheta p hec verba etiam ad litteram aliquid assignare. Quia enī supra de interpretatione populi preuaricationis locus fuerat. Subiungit nunc tantam in eodem populo cladem futuram. Et vsq; adeo virorum genus delendum: Ut vix septem mulieres vnum virum inueniant. Cum modo vna vnum habere soleat. Et cum nunc mulieres viros rogabunt. Et ne forte vnus vir Septem mulieres ducere formidaret: tum vnde eas pasceret et vestirz nō haberet dicunt ei. ¶Panem nostruz comedemus. Et vestimentis nostris operiemur Non te oportet esse de nobis sollicitum. Tantummodo inuocetur nomen tuum super nos. Ut dicaris Vir noster et sis. ne repudiate dicamur et steriles: et sine semine moriamur: quod eo tempore magnum obprobrium fuit. Et hoc est quod dicunt Auser obprobrium nostruz.

Multa huiusmodi inuenis in scripturis z maxime in veteri testamento hm ydomea illius lingue dicta. Cum tibi aperta sint nibil aput nos signare videntur.

De Sententia

Sententia diuina nunq̄ absurda nunq̄ falsa esse potest Sed cum in sensu vt dictuz est inueniantur multa contraria. Sententia nullam admittit repugnantiam Sed congrua z semper vera. Aliquando vnius enunciationis vna est sententia. Aliq̄n do vnius enunciationis plures sunt sententie. Aliquādo plurimum enunciationum plures sunt sententie. Cum igit diuinos libros legimus in tanta multitudine verorū intellectum Qui de paucis eruuntur verbis et sanitate fidei katholice muniuntur: id potissimum diligamus: quod certum apparuerit eū sensisse q̄ legimus. Si aut hoc latet id certe quod circū stantia scripture non impedit. Et cum sana fide concordat. Si autem z scripture circumstantia pertractari ac discuti non potest saltem id soluz quod fides sana prescribit: Aliud est enim quid potissimum scriptor senserit dinoscere: non a regula pietatis errare. Si vero vtrūqz vitetur perfecte se habet fructus legentis: si vero vtrūqz vitari non potest: z si voluntas scriptoris incerta: sit sane fidei congruam non inutile est eruisse scientiam. Itez in rebus obscuris atqz a nostris oculis remotissimis. Siqua inde scripta etiam diuina lege rimus: que possint salua fide alijs atqz alijs parere sententijs: in nullam earuz nos precipiti affirmatiōe ita proiciamus: vt si forte diligentius discussa veritas eam labefactauit corruamus Non pro sententia diuinarum scripturarum: sed pro nostra ita dimicantes. vt eam velimus scripturarum esse que nostra est. Tamen pocius ea que scripturarum nō nostrarum esse debeamus

Folium De modo legendi

Modus legendi in diuidēdo constat. Diuisio fit partitione z inuestigatiōe. Partiendo diuidimus quādo ea que confusa sunt distinguimus. Inuestigando diuidimus quādo ea que occulta sunt reseramus.

De meditatione hic est premittēdū

Et iam ea que ad lectionez pertinēt quando lucidius et cōpendiosius potuimus explicata sunt. De reliqua vo parte doctrine. i. meditatiōe aliquid in presenti dicere obmitto: quia res tāta speciali tractatu indiget: z dignum magis est omnino silere in huiusmodi q̄ aliquid imperfecte dicere. Res enī valde subtilis est z simul iocunda que z incipientes erudit et exercet consūmato in expta adhuc stilo ideoq; amplius psequenda. Rogemus igit nunc sapientiaz vt radicare dignetur i cordibus nostris z illuminare nos in semitis suis: vt introducat nos ad puraz nostris aiabus cenā.

Diuisio plene continentium

Continentium virtutum genera tria sunt sapiēcia vtus necessitas. Sapientia est cōprehensio rerum prout sunt. Virtus ē habitus animi in modum nature rationi consentaneus. Necessitas ē sine qua viuere non possumus: sed felicius viueremus. hec tria remedia sunt cōtra tria mala quibus subiecta est vita humana. Sapientia contra ignorantiā. Virtus contra vicium. Necessitas ctra infirmitatem. Propter ista tria mala extirpāda quesita sunt ista tria remedia: z propter hec tria remedia inuenienda inuenta est ois ars: z omnis disciplina: propter sapientiam inuenta est practica: propter necessitatem inuenta est mechanica. iste tres vsu prime fuerunt: sed postea propter eloquentiaz

inuenta est logica que cum sit inuentione vltima: prima tamen debet esse doctrina. Quatuor ergo sunt principales scientie a quibus oēs alie descendūt theorica practica mechanica et logica. Theorica diuiditur in theologiam phisicam mathematicaz. Theologia tractat de inuisibilibus substātiis. Phisica de inuisibilibus visibiliū causis. Mathematica de visibilibus visibiliū formis. Et mathematica diuiditur in quatuor scientias. Prīa est arismetrica de numero z de quantitate discreta per se. Secunda est musica que tractat de proportiōe id est de quantitate discreta ad aliquid: quia ad sonum contracta. Tercia ē geometria que tractat de spacio id est de quantitate continua immobili. Quarta est astronomia que tractat de motu id est de quātitate ptinua mobili. Elementuz arismetrice est vnitas. Elementum musice est vnisonū. Elementuz geometrie est punctus. Elementum astronomie est instans. Practica diuiditur i solitariaz priuatā z publicā. Solitaria docet quomodo vnusquisqz propriam vitam honestis moribus instituat: z honoribus exornet. Priuata docet quomō regendi sūt familiares z qui per carnis affectum sunt affines. Publica docet qualiter populus totus z gēs a suis rectoribus gubernari debeat. Solitaria pertinet ad singulos. Priuata ad patresfamilias. Publica ad rectores ciuitatuz. Mechanica tractat de opibus humanis Et hec diuiditur in septem Prima est lanificium. Secūda armatura. Tercia nauigatio. Quarta agricultra. Quinta venatio. Sexta medicina. Septima theatrica. Logica diuiditur in grāmaticam: z in rationem differendi. Ratio differendi diuiditur in probabilez necessariam z sophisticam. Probabilis diuiditur i dyaleticā z rethoricam. Necessaria ptinet ad philosophos. Sophistica ad sophistas. in his partibus philosophie talis

ordo in doctrina seruari debet vt ¶Prima ponatur logica. Secunda ethica. Tercia theorica. Quarta mechanica. ¶Primū enim cōparanda est eloquentia. deinde vt ait Socrates in ethica per studium virtutis oculus cordis mundandus est: vt deinde in theorica ad inuestigationem veritatis perspicax esse possit. ¶Nouissime mechanica sequitur que per se omni modo inefficax est: nisi ratione precedentiū fulciatur.

De arte magica

Magice repertor primus creditur Zoroastres rex bactrianorum quem nonnulli asserunt ipsum esse Cham filium noe: sed nomine mutato hunc postea ninus rex assiriorum bello victum interfecit: eiusq; codices artibus maleficior plenos igne cremari fecit. Scribit autez Arestotiles de hocipo q vsq; ad vigitiduo centū milia versuū eius de arte magica ab ipso dictatos: libri eiusdē vsq; ad posteritatis memoriam traduxerūt. hanc artez postea Democritus amplianit tempore quo Ypocras in arte medicine insignis habebatur. Magica in philosophiam nō recipitur: sed est extrinsecus falsa pfessione omnis iniquitatis z malicie magistra. de vero mentiens z veraciter ledens: animos seducit a religiōe diuina: culturam demonū suadet: morum corruptionez ingerit: z ad omne sceluſ z nephas mentes sequaciū impellit. ¶Hec generaliter accepta quinq; complectitur genera maleficiorum. Manticen quod sonat diuinatio. Mathematicam vanam. sortilegia maleficia pstigia. Manticen quinq; cōtinet species sub se. ¶Primam nigromanciā que interpretat diuinatio in mortuis: nicros enim grece mortuus latine: vnde nigromācia diuinatio que fit per sacrificium sanguinis hūani quē demones sitiūt z in eo delectant effuso. Secunda est geomancia .i. diuinatio in terra. Tercia

est ydromancia .i. diuinatio in aq̃. Quarta est aerimancia id est diuinatio in aere. Quita est diuinatio in igne que dr̃ piromancia. Varro enim q̃tuor dixit esse in quibus diuinatio cõstaret terrã aquam ignẽ z aerem. Prima ergo id est nigromacia ad infernũ videtur pertinere Secunda ad terraz. Tercia ad aquam. Quarta ad aerẽ Quinta ad ignem. Mathematica diuiditur in tres species in aruspicinaz: in augurium: z in horoscopicam Aruspices sunt dicti quasi horuspices id est horarum inspectores qui obseruãt tẽpora in rebus agendis. Vel aruspices q̃si aras inspicientes qui in extis z in fibris sacrificiorz futura considerant Augurium vel auspiciũ ali quando ad oculum pertinet Et dicitur auspicium quasi auis spacium: quia in motu z volatu auium attenditur. Aliquando ad aures ptinet z tũc dicitur augurium quasi garritus auium: quia aure percipit. Horoscopica que est cõstellatio dicitur: est q̃ in stellis fata hominũ querunt sicut genethnati faciũt natiuitates obseruant: qui olim spiritualiter magi nuncupabantur: de quibus in euãgelio legimus. Sortilegi sunt qui sortibus diuinatões queruñt. Malefici autem sunt qui et per cantationes demoniacas siue ligaturas: vel alia quecunqz execrabilia remediorum genera cooperatione demonum atqz instinctu nephanda pficiunt Prestigia sunt quãdo per fantasticas illusiones circa rerum imitationez sensibus humanis arte demoniaca illuditur. Sunt ergo omnes simul nouẽ sub mantice quã qz id est nigromantica geomantica ydromantica aerimantica piromantica. Sub mathematica tres. i. aruspicina auspiciuz horoscopica. Postea tres alie. i. sortilegium maleficium prestigiũ. Prestigia mercuius dicit primus inuenisse. Auguria friges inuenert. Aruspicinã tages primus etrustis tradidit. Ydromancia primum a persis venit.

167

Folium

Explicit sextus ⁊ per cō sequens totus hugōnis in dictas colicō liber: qui est de modo studēdi ⁊ ordine legēdi Anno domi M cccc lxxx vij in die sācte Crucis

Bibl. Jag.

BIBLIOTHECA
VNIV. IAGELL.
CRACOVIENSIS



Non tibi ascribes
quod non ex te nec a te es
magis uideris nosse
b c d e f g h
k l m n o p q.
s t u x y 3

Calen


Fronte capulata posset occasio

Calua


Iacobus Zabarella

Gomes Gomez

1554






Sulpicius
Gramm. et Vocab.
1486
Brak Benieslaus
Hugo 1487